

Dienasgrāmata

Quod sentimus loquamur,  
quod loquimur sentiamus!

# VEcordia

## Izvilums X-UTOP1


Atvērts: 2006.12.29 16:41  
Slēgts: 2007.01.01 05:20  
Versija: 2016.11.25 16:06

ISBN 9984-9395-5-3

Dienasgrāmata «VECORDIA»

© Valdis Egle, 2016

Thomae Mori «Utopia»



Bāzeles 1518.gada izdevuma titullapa

Tomass Mors

# UTOPIJA

Latīņu valodā  
Faksimilizdevums  
Pirmā grāmata

Impositum

Grīziņkalns 2016

Talis hominis fuit oratio,  
qualis vita

## Thomae Mori «UTOPIA». Liber I


2007.01.01 05.10 pirmdiena  
Jaungada rīts


Zemāk ir ievietota Tomasa Mora «Utopija» latīņu valodā faksimilos no Bāzeles 1518.gada izdevuma. Šis teksts tiek publicēts Vekordijā, lai no jebkura Vekordijas sējuma varētu atsaukties uz «Utopijas» oriģinālo tekstu. Tā kā faksimili aizņem samērā daudz vietas, salīdzinot ar «parasto» tekstu, tad Mora sacerējuma abas daļas ir ievietotas atsevišķos Vekordijas sējumos.

Valdis Egle

2007.gada 1.janvārī

### *Erasmus Roterodamus Ioanni Frobenio compatri svo charissimo S.D.*



*Gvilielmus Budaeus Thomae Lupseto Anglo S.*

4

G V I L. B V D A E I

Etum esse satis crederem, ecce tu mihi uelut prioris beneficij uel appendicem uel auctarium VTOPIAM illā MORI donasti, hominis in primis acris, ingenioq; ameno, & in rerum humanarum aestimatione ueteratoris. Eum librum cum ruri in manibus cursitando, fatagendo, operis imperitando haberem (partim enim notisti, partim audisti, uillaticis me negocijs alterū iam hūc annum multum operæ impendisse) usq; adeo eius lectione affectus sum, cognitis & perpensis Vtopinorū moribus & institutis, ut penè rei familiaris procurationem intermiserim, atq; etiam abiecerim, cum nugas esse uiderem artē omnē industriamq; economicam, omnino curam census ampliaticem. qua tamen ipsa omne genus mortalium uelut cestro quodam intestino & congenito exagitari nemo est, qui non uideat & intelligat. ut legitimarum, propè dixerim & ciuiliū artium ac disciplinarum eum esse scopum, fateri necesse sit, ut tam liuida quàm accurata solertia alter ab altero, qui cum ciuilitatis ius ei & interdum gentilitatis intercedit, quippiam semper abducatur, abstrahatur, abradatur, abiuret, exprimat, extundatur, exculpat, extorqueatur, excutiat, excudat, subducatur, suffuretur, suppilet, inuolet, legibusq; partim conuiuentibus, partim autoribus auferatur & interuertatur. Id adeo magis in ijs gentibus apud quas iura quæ ciuilia & pontificia uocantur, amplius in utroq; foro ualent. Quorum moribus & institutis eam inualuisse opinionē

## A D L V P S E T V M . . . E P I S T . 5

se opinionem nemo non uidet, ut homines cautionum prudentes uel captionum potius, & inconsultorum ciuium aucupes, & formularū, id est excipularū opifices, ac pactilis iuris callentissimi, & litium cōcinnatores iurisq; cōtrauersi, peruersi, inuersi, cōsulti, antistites esse iustitiæ æquitatisq; existimentur, soliç digni qui de æquo bonoç responsitent, atq; etiam (quod maius est multo) qui cum imperio ac potestate statuunt, quid unū quēq; habere, quid non habere, quatenus q̄diūq; liceat, halucinantis id utiq; sensus communis iudicio. quippe cum pleriq; hominum crassis ignorantia lemis cæcutientes, tam æquissimam ferè causam unū quēq; putemus habere quàm maxime ius postulat, aut iure subnixus est. Cū si ad ueritatis normam, & ad simplicitatis Euangelicæ præscriptum exigere iura uelimus, nemo sit tam stupidus quin intelligat, nemo tam uacors quin fateatur si urgeas, tam ius & fas hodie ac iādiu in sanctionibus pontificijs, & ius atq; æquū in legibus ciuilibus & principum placitis dissidere, quàm CHRISTI rerum humanarum conditoris instituta, eiusq; discipulorum ritus, ab eorū decretis & placitis qui Cæsi & Midæ acruos bonorum finem esse putant, & felicitatis cumulū. adeo si iustitiam finire nūc uelis quomodo priscais autoribus placuit, quæ ius suum unicuiq; tribuat, uel nullibi eam in publico inuenias, uel (si dicere id mihi permittam) curinariam quandam dispensatricem esse ut fateamur necesse sit.

6  
G V I L. B V D A E I  
cesse sit. siue nunc imperitantium mores spectes, siue ci-  
uium inter se & popularium affectus. Nisi uero à ger-  
mana mundi; æquali iustitia (quod ius naturale uo-  
cant) manasse ius id cõtenderint, ut quo quisq; plus pol-  
leat, eo etiã plus habeat. quo autẽ plus habeat, eo plus  
eminere inter ciues debeat, quo fit ut iam iure gentiũ re-  
ceptũ esse uideamus, ut qui nec arte nec industria me-  
morabili iuuare ciues suos & populares possunt, si mo-  
do pactiles illos nexus & contractiles nodos teneant,  
queis hominũ patrimonia obstringuntur, quosq; uul-  
gus ignarũ, hominesq; literis humanioribus dediti ac  
p̄cul foro, animi causa aut ueritatis indagãdæ ergo agẽ-  
tes, partim Gordij uincula esse ducunt, partim circulato-  
ria, nec magnopere miranda, ij millenorum ciuium cen-  
sum, & sæpe singularum ciuitatum, aut etiam amplio-  
rem habeant. ij demq; tum locupletes, tum frugi homi-  
nes, tum magnifici conquisitores honorifice uocitẽtur.  
Quippe ijs seculis, ijs institutis, ijs moribus, in ijs genti-  
bus quæ id ius esse statuerunt, ut tam summa fide atq;  
autoritate quisque sit, quàm maximis opibus penates  
suos architectatus est, ipse hæredesque eius, idque eo  
magis atq; magis, quo eorum ad nepotes horumque  
rursus abnepotes patrimonia à maioribus parta, lucu-  
lenti certatim accessionibus cumulauerint, id est, quo  
longius latiusq; confines, affines, cognatos, consangui-  
neosq; summouerint. At uero CHRISTVS possessio-  
num condi-

## A D L V P S E T V M E P I S T. 7

num conditor & moderator, Pythagoricam cōmunionem & charitatem inter affedas suos relictam, luculentō sanxit exemplo, damnato capitis Anania ob temeratam cōmunionis legem. Quo certe instituto CHRISTVS omne iuris, istius ciuilis pontificijq; adeo recentioris argumentosa uolumina, inter suos quidem abrogasse mihi uidetur, quod ipsum ius hodie arcem tenere prudentiæ uidemus, ac fata nostra regere. VTOPIA uero insula, quam etiam VDEPOTIAM appellari audio, mirifica utiq; sorte (si credimus) Christianos uero ritus ac germanam ipsam sapiētiam publice priuatimq; hauisse perhibetur, intemeratamq; ad hunc usq; diem seruasse, utpote quæ tria diuina instituta, hoc est bonorum malorumq; inter ciues æqualitatem, seu malis ciuilitatem numeris omnibus suis absolutam, & pacis ac tranquillitatis amorem constantem ac pertinacem, & auri argentiq; contemptū confertis (ut aiunt) manibus retinet, tria (ut ita loquar) euerticula omnium fraudum, imposturarum, circūscriptionum, uersutiarum, & planicarum improbitatum. Superi suo nomine facerent, ut hæc tria VTOPIANÆ legis capita trabalibus clauis firmæ ac statæ persuasione in sensibus omnium mortaliū figerentur, protinus superbiam, cupiditatem, contentionē uasānam, atq; alia penè omnia uulnifica Stygij aduersarij tela concidere languerēq; uideres, iurisq; illam uoluminum uim immensam, tot eximia solidaq; ingenia

§ G V I L I B V D A E I  
ingenia ad libitinam usq; detinentia, ut casta & uacanti-  
tia terebinibus permitti, aut inuolucris officinarum di-  
cari. Proh diui immortales quæ nam Vtopianorū san-  
ctitas eam diuinitus beatitudinem emereri potuit, ut  
auaritia & cupiditas in eam unam insulam irumpere,  
aut irrepere tot seculis non potuerint, nec inde iustitiā  
cum pudore proteruitate sua impudentiāq; explodere  
& exigere. Deus nunc optimus maximus tam benigne  
cum ijs prouincijs egisset, quæ ab eius sacratissimo no-  
mine cognomentum retinent & amplectuntur: certe  
auaritia tot mentes alioquin egregias arduasq; depra-  
uans & pessundans, semel hinc facesseret, & aureum se-  
culum Saturniumq; rediret. Hic enim uero periculum  
esse quispiam autumarit, ne forte Aratus & poetæ pri-  
sci opinione falsi fuerint, qui Iustitiam è terris deceden-  
tem in signifero circulo collocauerunt. restituisse enim  
eam in Vtopia insula necesse est, si Hythlodæo credi-  
mus, nec dum in cœlum peruenisse, uerum ego Vtopiā  
extra mundi cogniti fines sitam esse percunctando cō-  
peri, insulam nimirum fortunatam, Elysijs fortasse cam-  
pis proximam, nam Hythlodæus nondum situm eius  
finibus certis tradidit, ut Morus ipse testatur) multas  
quidem ipsam in urbes distractam, sed unam in ciuita-  
tem coeuntes aut conspiranteis, nomine Hagnopolin,  
suis utiq; ritibus bonisq; acquiescentē innocentia bea-  
tam, cœlestem quodam modo uitam agentem, ut infra  
cœlum



A D L V P S E T V M E P I S T . 9

caelum, sic supra mundi huius cogniti colluuiōē. Quæ in tot mortalium studijs ut acibus & incitatis, sic inani- bus & irritis turbide & æstuose in præcipitiū rapitur. Eius igitur insulæ cognitiōē THOMAE MORO de- bemus, qui beatæ uitæ exemplar, ac uiuendi præscriptū ætate nostra promulgauit, ab Hythlodæo, ut ipse tra- dit, inuentum, cui omnia fert accepta. qui ut Vtopianis ciuitatem architectatus sit, ritusq; illis & instituta condi- derit, id est beatæ uitæ argumētū nobis inde mutuatus sit, & importarit, MORVS certe insulam & sancta insti- tuta stilo orationeq; illustrauit, ac ciuitatem ipsam Ha- gnopolitanorū ad normā regulāq; expoliuit, omniāq; ea addidit, unde operi magnifico decor uenustasq; ac- cedit, & autoritas. etiā si in ea opera nauanda sibi tantū partes structoris uendicauit, uidelicet religio fuit maio- res sibi partes in eo opere sumere, ne Hythlodæus iure queri posset gloriam sibi à MORO præceptam, præflo- ratamq; relinqui, si quādo suos ipse labores literis man- dare constituisset. ἔνλαβουμλίον δὲ δερμῶν αὐτῶν, μὴ ἕδιδόδαυ- τὸς δὲ τῆς οὐδὲ ποτὶ ἀγνητῶν ἐμφιλοχωρῶν ἐπιφάνεια ποτε δι- χειράναι καὶ βαρῶσι το ταύτων ἀγνωμοσύνη αὐτῶν τοι γὰρ ἐγκα- ταλιπότι αὐτῶν προαπλωθισμένον τὸ κλέος το εὐρέματ- τῶν. οὕτω γὰρ πεπεσθῶσα, πρὸς ἀνδρῶν ὄζειν ἀγαθῶν τε καὶ σο- φῶν. MORO autem homini per se graui, & autoritate magna subnixo, fidem planè ut habeam, efficit Petri Aegidij Hantuerpiensis testimonium, quem uirū nūq; b coram

10 G V I L . B V D A E V S L V P S E T O  
 coram à me cognitum (mitto nunc doctrinae morumq;  
 commendationem) eo nomine amo quod ERASMI  
 clarissimi uiri ac de literis sacris, profanis, omnèq;  
 genus meritissimi, amicus est iuratissimus, qui cum etiam  
 ipso iamdiu societatem amicorum contraxi literis ultro  
 citroq; obsignatis. Vale Lupsete mi dilectissime, & LI-  
 NACRUM Britannici nominis columè (quod quidem  
 ad literas bonas attinet) non magis iam uestrū (ut spe-  
 ro) q̄ nostrum, uerbis meis saluta uel coram uel episto-  
 la internuncia, idèq; primo quoq; tempore. is em̄ unus  
 est paucorum, quibus me perlubens approbarim si pos-  
 sim, cum & ipse coram hic agens mihi se summe, Ioan-  
 nicq; Ruellio amico meo, studiorumq; conscio probaue-  
 rit, & eius excellentem doctrinam, exactamq; diligen-  
 tiam in primis suspiciam, æmulariq; contendam. Ve-  
 lim etiam ut MORO salutem unam & alteram manda-  
 to meo, uel mittas ut dixi, uel dicas. quem uirum in Mi-  
 neruæ sacrariis albū iamdiu opinione mea, sermonèq;  
 meo relatū, de Vtopia noui orbis insula sūme & amo,  
 & ueneror. Eius em̄ historiā ætas nostra, posteraq; ata-  
 tes habebūt uelut elegantium utiliumq; institutorum  
 seminatium, unde translatitios mores in suam quisq; ci-  
 uitatem importent & accommodent. Vale, Parisijs  
 pridie Cal. August.


Hexastichon

*Hexastichon Anemolii poetae laureati, Hythlodæi ex Sorore nepotis in Utopiam insulam*

HEXASTICHON ANEMOLII POETAE LAUREATI,  
HYTHLODAEI EX SORORE NEPOTIS IN UTOPIAM  
INSULAM.


Utopia priscis dicta, ob infrequentiam,  
Nunc ciuitatis æmula Platonice,  
Fortasse uictrix (nam quod illa literis  
Deliniquit, hoc ego una præstiti,  
Viris & opibus, optimisque legibus)  
Eutopia merito sum uocanda nomine.

b z





*Clarissimo D. Hieronymo Buslidio praeposito ariensi, catholici regis caroli a consiliis, Petrus Aegidius Antverpensis S.D.*




P E T R V S A E G I D . B U S L I D I O . 15  
templor, sic afficior, ut mihi uidear nōnunq̄ in ipsa uer  
fari Vtopia. Et hercule crediderim Raphaēlem ipsum  
minus in ea insula uidisse per om̄e quinquenniū quod  
illic egit, q̄ in MORI descriptione uideri liceat. Tantum  
hic occurrit undiq̄ miraculorū, ut ambigam quid pri  
mum aut potissimū admirer, felicissimæ memoriæ fidē,  
quæ tot res auditas duntaxat penè ad uerbum reddere  
potuerit, an prudentiā, qua uulgo ignotissimos fontes,  
unde omnia reipublicæ uel oriuntur mala, uel oriri pos  
sent bona, sic animaduertit, an orationis uim ac faculta  
tem, qua tanta sermonis latini puritate, tantis dicendi  
neruis, tot res cōplexus est, præsertim unus in tot publi  
ca simul & domestica negotia distractus. Verū hæc oīa  
tu minus admiraris doctissime Buslidi, q̄ familiari etiā  
cōsuetudine penitus habes cognitū, homine maius ac p  
pè diuinū hominis ingenium. In cæteris igitur nihil est,  
quod illius scriptis queā adijcere. Tantū tetrastichū uer  
nacula Vtopiensīū lingua scriptū, quod à MORI disces  
su, forte mihi ostēdit Hythlodæus apponendū curauī,  
præfixo eiusdē gentis alphabeto, tū adiectis ad margi  
nes aliquot ānotatiūculis. Nā quod de insulæ situ labo  
rat MORVS, ne id qdē omnino tacuit Raphael, quāq̄  
paucis admodū, ac uelut obiter attigit, uelut hoc aliī ser  
uans loco. Atq̄ id sanè nescio quo modo casus quidā  
malus utriq̄ nostrum inuidit, siquidem cum ea loque  
retur Raphaēl, adierat MORVM ē famulis quispiam,  
qui

16 P E T R V S A E G I D . B V S L I D I O .  
qui illi nescio quid diceret in aurē, ac mihi quidē tāto at-  
tentius auscultanti, comitū quispiā, clarius, ob frigus opi-  
nor nauigatione collectū, tussiens, dicētis uoces aliquot  
intercepit. Verū nō conquiescā donec hāc quoq; partē  
ad plenū cognonero, adeo ut non solum sitū insulæ, sed  
ipsam etiā poli sublationē sim tibi ad unguē redditur⁹,  
si modo incolumis est noster Hythlodæus. Nā uariis  
de homine rumor adferē, alij affirmāt perisse in itinere,  
rursum alij reuersum in patriā, sed partim suorum mo-  
res nō ferentē, partim Vtopiæ desyderio sollicitatū, eō  
remigrasse. Nā qđ huius insulæ nomē nusq; apud Co-  
smographos reperiatur, pulchre dissoluit Hythlodæus  
ipse. Siquidē fieri potuit, inqt, ut nomē quo ueteres sint  
usi, postea sit cōmutatū, aut etiā illos hęc fugerit insula,  
quādo & hodie cōplures oriuntur terræ, priscis illis Geo-  
graphis intactæ. Qz qđ quorsum attinet hic argumētis  
astruere fidē, cū MORVS ille sit autor? Cæterū quod is  
ambigit de ædicatione, equidē laudo & agnosco uiri mo-  
destiā. At mihi uisum est opus modis omnib⁹ indignū  
quod diu premeret⁹, & cū primis dignū, quod exeat in  
manus hominū, idēq; tuo potissimū noie cōmendatum  
orbi, uel qđ MORI dotes tibi præcipue sint p̄spectæ, uel  
qđ nemo magis idone⁹, q̄ rectis cōsilijs iuuet rēpublicā,  
in qua iā annis cōplurib⁹ sūma cū laude uertaris, tū pru-  
dētix, tū integritatis. Bene Vale studiorū Meccenas &  
hui⁹ seculi dec⁹. Antuerpiæ. An. M. D. XVI, Cal. Nouēb.  
Thomas



*Thomas Morus Petro Aegidio S.D.*



endi laborem, neque de dispositione quicquam fuisse cogitandum, cui tantum erant ea recitanda, quæ tecum unâ pariter audiui narrantem Raphaëlem. quare nec erat quod in eloquendo laboraretur, quando nec illius sermo potuit exquisitus esse, quum esset primum subitarius, atque extemporalis, deinde hominis, ut scis, non perinde Latine docti quàm Græce, & mea oratio quanto accederet propius ad illius neglectam simplicitatem, tanto futura sit propior ueritati, cui hac in re soli curam & debeo & habeo. Fateor mi Petre, mihi adeo multum laboris hîjs rebus paratis detractum, ut penè nihil fuerit relictum. alioquin huius rei uel excogitatio, uel œconomia potuisset ab ingenio neque infimo, neque profus indocto postulare, tum temporis nonnihil, tum studiij. Quod si exigereetur, ut diserte etiam res, non tantum uere scriberetur, id uero à me præstari, nullo tempore, nullo studio potuisset. Nunc uero quum ablatis curis hîjs, in quibus tantum fuit sudoris exhauriendum, restiterit tantum hoc, uti sic simpliciter scriberentur audita, nihil erat negocij. Sed huic tamen tam nihilo negocij peragendo, cætera negocia mea minus ferè quàm nihil temporis

## AD PETRVM AEGID. PRAEFATIO. 19

ris reliquerunt. Dum causas forenseis assidue alias ago, alias audio, alias arbiter finio, alias iudex dirimo, dum hic officij causa uisitur, ille negocij. Dum foris totum ferme diem alijs impartior, reliquum meis, relinquo mihi, hoc est literis, nihil. Nempe reuerso domum, cum uxore fabulandum est, garrandum cum liberis, colloquendum cum ministris. Quae ego omnia inter negocia numero, quando fieri necesse est (necesse est autem, nisi uelis esse domi tuae peregrinus) Et danda omnino opera est, ut quos uitae tuae comites, aut natura prouidit, aut fecit casus, aut ipse delegisti, hijs ut te quam iucundissimum compares, modo ut ne comitate corrumpas, aut indulgentia ex ministris dominos reddas. Inter haec, quae dixi, elabitur dies, mensis, annus. Quando ergo scribimus? Nec interim de somno quicquam sum loquutus, ut nec de cibo quidem, qui multis non minus absument temporis, quam somnus ipse, qui uitae absument ferme dimidium. At mihi hoc solum temporis adquire, quod somno ciboque suffuror, quod quoniam parcum est, lente, quia tamen aliquid, aliquando perfeci, atque ad te mi Petre transmisi Vtopiam, ut legeres, & si quid ef-

c 2 fugisset

20 THOMAE MORI

fugisset nos, uti tu admoneres. Quanquam enim non hac parte penitus diffido mihi (qui utinam sic ingenio atque doctrina aliquid essem, ut memoria non usquequaque destituor) non usqueadeo tamen confido, ut credam nihil mihi potuisse excidere. Nam & Ioannes Clemens puer meus, qui adfuit, ut scis, unà, ut quem à nullo patior sermone abesse, in quo aliquid esse fructus potest, quoniam ab hac herba, qua & Latinis literis & Græcis coepit cuirefcere, egregiam aliquando frugem spero, in magnam me coniecit dubitationem. Siquidem quum, quātum ego recordor, Hythlodæus narrauerit Amauroticum illum pontem, quo fluvius Anydrus insternitur, quingentos habere passus in longum, Ioannes meus ait detrahendos esse ducentos, latitudinem fluminis haud supra trecentos ibi continere. Ego te rogo, rem ut reuoces in memoriam. Nam si tu cum illo sentis, ego quoque adsentiar, & me lapsum credam. sin ipse non recolis, scribam, ut feci, quod ipse recordari uideor mihi. nam ut maxime curabo, ne quid sit in libro falsi, ita si quid sit in ambiguo, potius mendacium dicam, quàm mentiar, quod malim bonus esse quàm prudens. Quanquam facile

Nota Theologica differentia inter mentiri & mendaciū dicere.

## AD PETRUM AEGID. PRAEFATIO. 21

facile fuerit huic mederi morbo, si ex Raphaële ipso, aut praesens scisciteris, aut per literas. quod necesse est facias. uel ob alium scrupulum, qui nobis incidit, nescio mea ne culpa magis, an tua, an Raphaëlis ipsius. Nam neque nobis in mentem uenit quaerere, neque illi dicere, qua in parte noui illius orbis Vtopia sita sit. Quod non fuisse praetermissum sic, uellem profecto mediocri pecunia mea redemptum, uel quod subpudet me nescire, quo in mari sit insula, de qua tam multa recenseam. uel quod sunt apud nos unus & alter, sed unus maxime, uir pius & professione Theologus, qui miro flagrat desyderio adeundæ Vtopiæ, non inani & curiosa libidine collustrandi noua, sed uti religionem nostram, feliciter ibi cœptam, foueat atque adaugeat. Quod quo faciat rite, decreuit ante curare, ut mittatur à Pontifice, atque adeo ut creetur Vtopiensibus Episcopus, nihil eo scrupulo retardatus, quod hoc antistitium sit illi precibus impetrandum. Quippe sanctum ducit <sup>Sanctus</sup> ambitum, quem non honoris aut quæstus ratio, <sup>ambitus,</sup> sed pietatis respectus pepererit. Quamobrem te oro mi Petre, uti aut praesens, si potes commode, aut absens per epistolam, compelles Hythlodæum

22 THOMAE MORI

dæum, atque efficias, ne quicquam huic operi meo aut insit falsi, aut ueri desyderetur. Atque haud scio an præstet ipsum ei librum ostendi. Nam neque alius æque sufficit, si quid est erratum, corrigere, neque is ipse aliter hoc præstare potest, quàm si quæ sunt à me scripta, perlegerit. Ad hæc: fiet ut hoc pacto intelligas, accipiat ne libenter, an grauatim ferat, hoc operis à me conscribi. Nempe si suos labores decreuit ipse mandare literis, nolit fortasse me: neque ego certe uelim, Vtopiensium per me uulgata republica, florem illi gratiamque nouitatis historiæ suæ præripere. Quamquam, ut uere dicam, nec ipse mecum satis adhuc constitui, an sim omnino æditurus. Etenim tam uaria sunt palata mortalium, tam morosa quorundam ingenia, tam ingrati animi, tam absurda iudicia, ut cum hijs haud paulo felicius agi uideatur, qui iucundi atque hilares, genio indulgent suo, quàm qui semet macerant curis, ut ædant aliquid, quod alijs aut fastidientibus, aut ingratiss, uel utilitati possit esse, uel uoluptati. Plurimi literas nesciunt, multi contemnunt. Barbarus ut durum reijcit, quicquid non est planè barbarum. Scioli aspernantur ut triuiale, quicquid obsoletis

Ingrata ho-  
minum iu-  
dicia.

## AD PETRVM AEGID. PRAEFATIO. 23

letis uerbis non scetet. Quibusdam solum placent uetera, plerisque tantum sua. Hic tam tetricus est, ut non admittat iocos, hic tam infusus, ut non ferat sales: tam simi quidam sunt, ut nasum omnem, uelut aquam ab rabido morsus cane, reformident. adeo mobiles alij sunt, ut aliud sedentes probent, aliud stantes. Hi sedent in tabernis, & inter pocula de scriptorum iudicant ingenijs, magnaque cum autoritate condemnant utcunque lubitum est, suis quenque scriptis, ueluti capillicio uellicantes, ipsi interim tuti, & quod dici solet, *Ἔω βέλους*. quippe tam leues & abrafi undique, ut ne pilum quidem habeant boni uiri, quo possint apprehendi. Sunt praeterea quidam tam ingrati, ut quum impense delectentur opere: nihilo tamen magis ament autorem. non absimiles inhumanis hospitibus, qui quum opiparo conuiuio prolixè sint excepti, saturi demum discedunt domum, nullis habitis gratijs ei, à quo sunt inuitati. I nunc & hominibus tam delicati palati: tam uarij gustus: animi praeterea tam memoris & grati, tuis impensis epulum instrue. Sed tamen mi Petre, tu illud age, quod dixi, cum Hythlodæo, postea tamen integram erit hac de re consultare denuo.   
 quam

Simos, uocat homines nullo naso.

Prouerbijs

Mira collatio.

24 MORI AD PET. AEGID. PRAEFATIO.  
quàm si id ipsius uoluntate fiat. quandoquidem  
scribendi labore defunctus, nunc sero sapio.  
quod reliquum est de ædendo, se-  
quar amicorum consilium, at-  
que in primis tuum. Val-  
le dulcissime Petre  
Aegidi cum  
optima  
con-  
iuge. ac  
me ut soles a-  
ma, quando ego te  
amo etiam plus quàm soleo.



*Semonisquem Raphael Hythlodæus vir eximius, de optimo reipublicæ statu habuit, liber primus, per illustrem viru Thomam Morum indytæ Britanniaru urbis Londini et civem et vicecomitem*



Io.Clemens. Hythlodæus. Tho.Morus. Pet. Aegid.

## SERMONISQVEM

RAPHAEL HYTHLODAEVS VIR EXIMIVS,  
de optimo reipublicæ statu habuit, liber primus, per il-  
lustrem uirū Thomam Morum indytæ Britannia-  
rū urbis Londini & ciuem, & uicecomitem.



VVM NON EXIGVIMO  
menti negocia quædam in-  
uictissim⁹ Angliæ rex HEN-  
RICVS eius nominis octa-  
uus, omnibus egregij princi-  
pis artibus ornatissimus, cū  
serenissimo Castellæ princi-  
pe CAROLO controuersa  
d nuper hæ

26 V T O P I A E T H O M A E M O R I

nuper habuisset, ad ea tractanda, componendâq; oratorem me legauit in Flandriam, comitem & collegâ uiri incomparabilis Cuthberti Tunstalli, quem sacris scripturis nuper ingenti omnium gratulatione præfecit, de cuius sanè laudibus nihil à me dicetur, non quod uerear ne parum synceræ fidei testis habenda sit amicitia, sed quod uirtus eius, ac doctrina maior est, quàm ut à me prædicari possit, tum notior ubiq; , atq; illustrior, quàm ut debeat, nisi uideri uelim solem lucerna, quod aiunt, ostendere. Occurrerunt nobis Brugis (sic enim cōuenerat) hi quibus à principe negocium demandabatur, egregij uiri omnes, in his præfectus Brugenſis uir magnificus, princeps & caput erat, cæterum os & pectus Georgius Temſicius Cassiletanus Præpositus, non arte solum uerumetiam natura facundus, ad hæc iureconsultissimus, tractandî uero negocij cum ingenio, tum assiduo rerû usu eximius artifex, ubi semel atq; iterum cōgressi, quibusdam de rebus non satis cōsentiremus, illi, in aliquot dies uale nobis dicto, Bruxellas profecti sunt, principis oraculum sciscitaturi. Ego me interim (sic enim res ferebat) Antuerpiam confero. Ibi dum uersor, sæpe me inter alios, sed quo non alius gratior, inuisit Petrus Aegidius Antuerpiæ natus, magna fide, & loco apud suos honesto, dignus honestissimo, quippe iuuenis haud scio doctior ne, an moratior, est enim & optimus & literatissimus, ad hæc animo in omnes candido, in amicos

uero

## LIBER PRIMVS. 27

uero tam propenso pectore, amore, fide, adfectu tā syn-  
cero, ut uix unum aut alterum usq̄ inuenias, quem illi  
sentias omnibus amicitiae numeris esse conferendum.  
Rara illi modestia, nemini longius abest fucus, nulli sim-  
plicitas inest prudentior. Porro sermone tam lepidus,  
& tam innoxie facetus, ut patriae desyderiū, ac laris do-  
mestici, uxoris, & liberorum, quorum studio reuifendo-  
rum nimis q̄ anxie tenebar (iam tum enim plus qua-  
tuor mensibus abfueram domo) magna ex parte mihi  
dulcissima consuetudine sua, & mellitissima confabula-  
tione leuauerit. Hunc quum die quadam in templo di-  
uæ Mariæ, quod & opere pulcherrimum, & populo ce-  
leberrimum est, rei diuinæ interfuissem, atq; peracto sa-  
cro, pararem inde in hospitium redire, forte colloquen-  
tem uideo cum hospite quodam, uergentis ad senium  
ætatis, uultu adusto, promissa barba, penula neglectim  
ab humero dependente, qui mihi ex uultu atq; habitu  
nauderus esse uidebatur. At Petrus ubi me conspexit,  
adit ac salutat, respondere conantem seducit paululum,  
& uides inquit hunc? (simul designabat eum cum quo  
loquentem uideram) eum inquit, iam hinc ad te recta  
parabam ducere. Venisset, inquam, pergratus mihi tua  
causa. Imò inquit ille, si nosses hominem, sua. Nam  
nemo uiuit hodie mortalium omnium, qui tantam tibi  
hominum, terrarumq; incognitarum narrare possit hi-  
storiam, quarum rerum audiendarum scio auidissimū  
d z esse te.

28 V T O P I A E T H O M A E M O R I

esse te. Ergo, inquam, non pessime coniectavi. Nam primo aspectu protinus sensi hominem esse nauderum. Atqui, inquit, aberrasti longissime, nauigauit quidem non ut Palinurus, sed ut Vlysses: imò uelut Plato. Nempe Raphaël iste, sic enim uocatur gentilitio nomine Hylthlodæus, & latinæ linguæ non indoctus, & græcæ doctissimus (cuius ideo studiosior quàm Rhomanæ fuit, quoniam totum se addixerat philosophiæ: qua in re nihil quod alicuius momenti sit, præter Senecæ quædam ac Ciceronis extare latine cognouit) relicto fratribus patrimonio, quod ei domi fuerat (est enim Lusitanus) orbis terrarum contemplandi studio, Americo Vespucio se adiunxit, atq; in tribus posterioribus illarū quatuor nauigationū, quæ passim iam leguntur, perpetuus eius comes fuit, nisi quod in ultima cum eo non redijt. Curauit enim atq; adeo extorsit ab Americo, ut ipse in his XXIIII. esset, q ad fines postremæ nauigationis in Castello relinquebatur. Itaq; relictus est, uti obtēperaretur animo eius, peregrinationis magis q̄ sepulchri curioso, quippe cui hæc assidue sunt in ore, Cælo tegitur qui nō habet urnam, & Vndiq; ad superos tantundē esse uia. Quæ mens eius, nisi deus ei propitius adfuisset, nūmio fuerat illi cōstatura. Caterum post q̄ digresso Vespucio multas regiones cū quinq; Castellanorū comitibus emensus est, mirabili tandē fortuna Taprobanen delatus, inde peruenit in Caliquit, ubi repettis cōmode Lusitanorū

Apothe  
gma.

## L I B E R P R I M U S

29

Lusitanorū nauibus, in patriam deniq; præter spem reuehitur. Hæc ubi narrauit Petrus, actis ei gratijs, quod tam officiosus in me fuisset, ut cuius uiri colloquiū mihi gratum speraret, eius uti sermone fruerer, tantā rationem habuisset, ad Raphaëlem me cōuerto, tū ubi nos mutuo salutassemus, atq; illa cōmunia dixissemus, quæ dici in primo hospitū cōgressu solent, inde domū meā digredimur, ibiq; in horto confidentes in scamno cespitibus herbeis cōstrato, cōfabulamur. Narrauit ergo nobis, quo pacto posteaq; Vespucius abierat, ipse socijq; eius, qui in Castello remanserant, cōueniēdo atq; blandiendo cœperint se paulatim eius terræ gentibus insinuare, iamq; non innoxie modo apud eas, sed etiam familiariter uersari, tum principi cuidam (cuius & patria mihi, & nomen excidit) grati, chariq; esse, eius liberalitate narrabat cōmeatum atq; uaticū ipsi & quinque eius comitibus affatim fuisse suppeditatū, cū itineris (quod per aquam ratibus, per terram curru peragebant) fidelissimo duce, qui eos ad alios principes, quos diligenter cōmendati petebant, adduceret. Nam post multorum itinera dierum, oppida atq; urbes aiebat reperisse se, ac non pessime institutas, magna populorum frequentia, respublicas. Nempe sub æquatoris linea tum hinc atq; inde ab utroq; latere, quantum ferè spatij solis orbita complectitur, uastas obiacere solitudines perpetuo feruore torridas. Squalor undiq; & tristis rerū facies horrida atq;

d 3

da atq;

fo V T O P I A E T H O M A E M O R I  
da atq; inculta omnia feris habitata serpentibusq; aut  
deniq; hominib<sup>9</sup> neq; minus efferis quàm sint beluæ,  
neq; minus noxijs. Cæterū ubi lōgius euectus sis, pau-  
latim omnia mansuescere, cœlum minus asperum, solū  
uirore blandum, mitiora animantium ingenia, tandem  
aperiri populos, urbes, oppida, in his assidua non inter  
se modo, ac finitimos, sed procul etiam diffitas gentes,  
terra maricq; commercia. Inde sibi natam facultatē, mul-  
tas ultro citrōq; terras inuisendi, quod nulla navis ad  
iter quodlibet instruebatur, in quam non ille, comitesq;  
eius libentissime admittebantur. Naues quas primis re-  
gionibus conspexerunt, carina plana fuisse narrabat. ue-  
la consutis papyris aut uiminibus intendebantur, alibi  
coriacea. post uero acuminatas carinas canabea uela  
repererunt. omnia deniq; nostris similia. nautæ maris  
ac cœli non imperiti. Sed miram se narrabat inisse gra-  
tiam, tradito magnetis usu, cuius antea penitus erant  
ignari. ideōq; timide pelago consueuisse sese, neq; aliās  
temere, q̄ ætate credere. Nunc uero eius fiducia lapi-  
dis contemnūt hyemem, securi magis, q̄ tuti, ut pericu-  
lum sit, ne quæ res magno eis bono futura putabatur,  
eadem per imprudentiam magnorum causa malorum  
fiat. Quid quoq; in loco se uidisse narrauit, & longum  
fuerit explicare, neq; huius est operis institutum, & alio  
fortasse loco dicetur à nobis, præsertim quicquid ex usu  
fuerit nō ignorari, qualia sūt in primis ea, quæ apud po-  
pulos

## LIBER PRIMVS.

31

pulos usq̄ ciuilitate cōiuentes animaduertit, recte prudenterq̄ prouisa. His enim de rebus & nos audivissime rogabamus, & ille libentissime disserebat, omīssa interim inquisitione monstrorum, quibus nihil est minus nouū. Nam Scyllas & Celenos rapaces, & Lestrigonas populiuoros, atq̄ eiusmodi immania portēta, nusq̄ ferē nō inuenias, at sanē ac sapiēter instituto, ciues haud reperias ubilibet. Caterum ut multa apud novos illos populos adnotauit perperā consulta, sic haud pauca recensuit, unde possint exempla sumi corrigendis harum urbium, nationum, gentium, ac regnorū erroribus idonea, alio, ut dixi, loco à me cōmemoranda. Nunc ea tantum referre animus est, quæ de moribus atq̄ institutis narrabat Vtopiensium, præmissis tamen eo sermone, quo uelut tractu quodam ad eius mentionem reipublicæ deuentum est. Nam quum Raphaël prudentissime recensuisset, alia hic, alia illic errata, utrobique certe plurima, tū quæ apud nos, quæue item sunt apud illos cauta sapientius, quum uniuscuiusq̄ populi mores atq̄ instituta sic teneret, tanq̄ in quęcunq̄ locū diuertisset, totā ibi uitam uixisse uideret, admiratus hominē Petrus, Miror profecto mi Raphaël, inquit, cur te regi cui piā nō adiungas, quorū neminē esse, satis scio, cui tu non sis futurus uehemēter gratus, utpote quē hac doctrina, atq̄ hac locorum hominumq̄ peritiā nō oblectare solum, sed exemplis quoque instruere, atq̄ adiuuare consilio sis idoneus

32

V T O P I A E T H O M A E M O R I

sis idoneus, simul hoc pacto & tuis rebus egregia cōsu-  
lueris, & tuorum omniū cōmodis magno esse adiu-  
mento possis. Quod ad meos attinet, inquit ille, nō ual-  
de cōmoueor, nempe in quos mediocriter opinor me  
officij mei partes impleuisse. nam quibus rebus alij nō  
nisi senes & aegri cedunt, imò tum quoq; aegre cedunt,  
quam amplius retinere non possunt, eas res ego nō sa-  
nus modo ac uegetus, sed iuuenis quoq; cognatis, ami-  
cisq; dispartiui, quos debere puto hac mea esse benigni-  
tate contentos, neq; id exigere atq; expectare præterea,  
ut memet eorum causa regibus in seruitium dedam. Bo-  
na uerba inquit Petrus, mihi uisum est non ut seruias  
regibus, sed ut inseruias. Hoc est, inquit ille, una syllaba  
plusq; seruias. At ego sic censeo, inquit Petrus, quoquo  
tu nomine rem appelles, eam tamen ipsam esse uiam,  
qua non alijs modo & priuatim, & publice possis cōdu-  
cere, sed tuam quoq; ipsius cōditionem reddere felicio-  
rem. Feliciore ne inqt Raphaël, ea uia facerē, à qua ab-  
horret animus? Atqui nunc sic uiuo ut uolo, quod ego  
certe suspicor paucissimis purpuratorū cōtingere. Quin  
satis est eorum, qui potentū amicitias ambiunt, ne ma-  
gnā putes iacturam fieri, si me atq; uno aut altero mei  
similibus sint carituri. Tum ego, perspicuum est, inquā,  
te mi Raphaël, neq; opum esse, neq; potētiae cupidum,  
atq; ego profecto huius tuæ mentis hominē nō minus  
ueneror ac suspicio, q̄ eorū quemuis, qui maxime rerū  
sunt



LIBER PRIMVS 33  
sunt potentes. Caterum uideberis planè rem te atque  
isthoc animo tuo tam generoso, tam uere philosopho  
dignam facturus, si te ita compares, ut uel cum aliquo  
priuatim incòmodo ingeniũ tuum atq; industriam pu-  
blicis rebus accòmodes, quod nunq̃ tanto cum fructu  
queas, quanto si à consilijs fueris magno alicui principi,  
eicq; (quod te facturũ certe scio) recta atq; honesta per-  
suaseris. Nempe à principe bonorũ malorumq; omniũ  
torrens in totũ populum, uelut à perenni quodã fonte  
promãnat. In te uero tam absoluta doctrina est, ut uel  
citra magnũ rerum usum, porrò tanta rerum peritia, ut  
sine ulla doctrina, egregium consiliariũ cuius regum sis  
præstaturus. Bis erras, inquit ille, mi More, primum in  
me, deinde in re ipsa. nam neq; mihi ea est facultas, quã  
tu tribuis, & si maxime esset, tamen quũ ocio meo nego-  
cium facefferem, publicam rem nihil promoueam. Pri-  
mum enim principes ipsi pleriq; omnes militaribus stu-  
dijs (quorum ego neq; peritiam habeo, neq; desydero)  
libentius occupãtur, quã bonis pacis artibus, maiusq;  
multo studium est, quibus modis per fas ac nefas noua  
sibi regna pariant, q̃ uti parua bene administrant. Præ-  
terea quicunq; regibus à consilio sunt, eorum nemo est,  
qui nõ aut uere tantum sapit, ut non egeat, aut tantum  
sibi sapere uidetur, ut non libeat alterius probare consi-  
lium, nisi quod absurdissimis quibusq; dictis assentien-  
tur & supparasitantur eorũ, quos ut maxime apud prin-  
cipem

34 V T O P I A E T H O M A E M O R I  
tipem gratiæ, student assentatione demereri sibi. Et certe sic est natura comparatum, ut sua cuiq; inuenta blandiantur. Sic & coruo suus arridet pullus, & suus fimiæ catulus placet. Quod si quis in illo cœtu uel alienis inuidentium, uel præferentium sua, aliquid afferat, quod aut alijs temporibus factum legit, aut alijs fieri locis uidit, ibi qui audiunt, perinde agunt, ac si tota sapientiæ suæ periclitaretur opinio, & post illa pro stultis planè sint habendi, nisi aliquid sufficiant inuenire, quod in aliorũ inuentis uertant uitio. Si cætera destituant, tum huc confugiunt, hæc nostris inquirunt, placere maioribus, quorum prudentiã utinam nos æquaremus. itaq; hoc dicto ueluti egregie perorata re, confidunt. Tanq̃ magnũ sit periculu, si quis ulla in re deprehendatur maioribus suis sapientior, à quibus tamen ut quicq; optime consultum est, ita æquissimo animo ualere sinimus. at si qua de re potuit consuli prudentius, eam protinus ansam cupide arreptam mordicus retinemus. Ita q; in hæc superba, absurda, ac morosa iudicia, cum sæpe alibi, tum semel in Anglia quoq; incidi. Obsecro inquam, fuisti apud nos? Fui inquit, atq; aliquot menses ibi sum uersatus, non multo post eam eadem, qua Anglorũ occidentaliũ ciuile aduersus regem bellum, miserãda ipsorum strage cõpressum est. Interea multum debui reuerendissimo patri Ioanni Mortono Cantuariensi Archiepiscopo & Cardinali, ac tum quoque Angliæ Cancellario.

## LIBER PRIMVS. 35

tio, uiro mi Petre (nam Moro cognita sum narraturus)  
 nō autoritate magis, q̄ prudentia ac uirtute uenerabili.  
 Etēm statura ei mediocris erat, nec atati quant̄ serā ce-  
 dens. uultus quē reuereare, nō horreas. in congressu nō  
 difficilis serius tamē & grauis. libido erat asperius inter-  
 dum compellando supplicantes experiri, sed sine noxa,  
 quid ingenij, quā animi praesentiā quisq; pra se ferret,  
 qua uelut cognata sibi uirtute, modo abesset impuden-  
 tia delectabatur, & ut idoneā ad res gerendas amplecte-  
 batur, Sermo politus & efficax, Iuris magna peritia, in-  
 geniū incomparabile, memoria ad prodigiū usq; excel-  
 lens. Haec enim natura egregia, discendo atq; exercēdo  
 prouexit. Huius cōsilijs rex plurimū fidere, multū resp.  
 niti (cū ego aderā) uidebatur. quippe qui ab prima ferē  
 iuuēta protinus à schola cōiectus in aulam, maximis in  
 negocijs per omnē uersatus atate, ac uarijs fortunae aesi-  
 bus assidue iactatus, prudentiā rerum (quae sic recepta  
 non facile elabatur) multis magnisq; cū periculis didice-  
 rat. Forte fortuna quū die quodā in eius mensa essem,  
 laicus quidam legum uestratiū peritus aderat, is nescio  
 unde nactus occasionē, cepit accurate laudare, rigidam  
 illā iustitiā, quae tū illic exercebatur in fures, quos passim  
 narrabat nōnunq; suspendi uiginti in una cruce, atq; eo  
 uehementius dicebat se mirari, cū tam pauci elaberētur  
 supplicio, quo malo fato fieret, uti tā multi tamen ubiq;  
 grassarētur. Tum ego, ausus em̄ sum libere apud Cardi-  
 nalem

De legib<sup>9</sup>  
parū ags.

7/10  
50/11  
2/10

36 V T O P I A E T H O M A E M O R I  
 naleſem loqui, nihil mireris inquā, Nam hæc punitio fu-  
 rum & ſupra iuſtum eſt, & non ex uſu publico. Eſt enim  
 ad uindictanda furta nimis atrox, nec tamē ad refrenan-  
 da ſufficiens. Quippe neq; furtum ſimplex tam ingens  
 facinus eſt, ut capite debeat plecti, neque ulla pœna eſt  
 tanta, ut ab atrocinijs cohibeat eos, qui nullam aliā ar-  
 tem quærendi uictus habent. Itaq; hæc in re non uos  
 modo, ſed bona pars huius orbis imitari uideretur ma-  
 iores præceptores, qui diſcipulos uerberāt libentius, quā  
 docent. Decernūtur enim furanti grauiā atq; horrendā  
 ſupplicia, cum potius multo fuerit prouidendum, uti ali-  
 quis eſſet prouentus uitæ, ne cuiq; tam dira ſit furandi  
 primum, dehinc pereundi neceſſitas. Eſt inquit ille, ſatis  
 hoc prouiſum, ſunt artes mechanicæ, eſt agricolatio, ex  
 his tueri uitam liceat, ni ſponte mali eſſe mallent. At nō  
 ſiceuades inquā. Nam primū omittamus eos, qui ſæ-  
 pe uel ab externis bellis, uel ciuilibus mutili redeunt do-  
 mum, ut nuper apud uos è Cornubiensī prælio, & non  
 ita pridem è Gallico, qui uel Reip. impendunt mēbra,  
 uel regi, quos neq; priſtinas artes exercere debilitas pati-  
 tur, neq; ætas nouam diſcere. hos inquā omittamus,  
 quando bella per intermiſſas uices cōmeant, Ea contem-  
 plemur, quæ nullo die nō accidunt. Tantus eſt ergo no-  
 bilium numerus, qui nō ipſi modo degant ocioſi tanq̄  
 ſuci laboribus aliorū, quos puta ſuorū prædiorū colo-  
 nos augendis redditibus ad uiuū uſq; radunt. Nam eam  
 ſolam

2. iudic.  
 fra. in  
 ap. p. l. d. 20

Qua ratio  
 ne fieri poſ-  
 ſit, ne tam  
 multi ſint  
 fures.

DE LIBER OPTIMO SVOTOV 378

folam frugalitatem nouere, homines alioquin ad mendicitatem usq; prodigi, uerū immensam quoq; ociosorum stipatorū turbam circūferunt, qui nullam unquam quaerendi uictus artē didicere. Hi simulatq; herus obierit, aut ipsi ægrotauerint, eijciuntur illico. nam & ociosos libentius q̄ ægrotos alunt, & sæpe morientis hæres nō protinus alendæ sufficit paternæ familiæ. interim illi esuriunt strenue, nisi strenue latrocinentur. Nam quid faciant? Siquidē ubi errando paululum uestes ac ualetudinem attriuere, morbo iam squalidos, atq; obfitos panis, neq; generosi dignantur accipere, neq; audent rustici, non ignari eum: qui molliter educatus in ocio ac delictis, solitus sit accinctus acinace ac cetra, totam uiciniam uultu nebulonico despiciere, & contemnere omnes præ se: haudquaq; idoneum fore, qui cum ligone ac marra, maligna mercede ac uictu parco, fideliter inseruiat pauperi. Ad hæc ille, atqui nobis inquit, hoc hominum genus in primis fouendū est. in his enim, utpote hominibus animi magis excelsi ac generosioris, quā sunt opifices aut agricolæ, consistunt uires ac robur exercitus, si quādo sit cōfligendū bello. Profecto inquā ego, eadem opera dicas licet, belli gratia fouendos esse fures, quibus haud dubie nunq̄ carebitis, dum habebitis hos. Quin neq; latrones sunt instrenui milites, neq; milites ignauissimi latronum. adeo inter has artes belle cōuenit. Ac hoc uitiū tamē frequens est uobis, nō propriū. est enim

e 3 omniū

Quā per-  
niciē adfer-  
rant perpe-  
tua militū  
præsidia.

38 V T O P I A E T H O M A E M O R I  
 omniū ferè gentiū cōmune. Nam Gallias infestat alia  
 præterea pestis pestilentior, Tota patria stipendiarijs  
 in pace quoq; (si illa pax est) oppleta atq; obsessa mili-  
 tibus, eadem persuasione inductis, qua uos ociosos hic  
 ministros alendos esse censuistis, nempe quod Moroso-  
 phis uisum est, in eo sitam esse publicam salutem, si in  
 promptu semper adsit ualidum firmumq; præsidium,  
 maxime ueteranorū, neq; enim confidunt in exercitatis  
 quicq;, ut uel ideo querendum eis bellum sit, ne imperi-  
 tos habeant milites, & homines iugulandi gratis, ne (ut  
 habet facete Salustius) manus aut animus incipiat per  
 ocium torpescere. At quàm sit perniciosum huiusmodi  
 beluas alere, & Gallia suo malo didicit, & Rhomanorū,  
 Carthaginensium, ac Syrorum, tum multarū gentium  
 exempla dedarant, quorū omniū non imperiū modo,  
 sed agros quoq; atq; adeo urbes ipsas parati ipsorum  
 exercitus alijs atq; alijs occasionibus euetterunt. Quàm  
 uero nō magnopere necessariū, uel hinc elucescit, quod  
 ne Galli quidem milites armis ab unguiculis exercita-  
 tissimi cum euocatis comparati uestris, admodum saepe  
 gloriantur superiores sese discessisse, ut ne quid dicam  
 amplius, ne præsentibus uidear adblandiri uobis. Sed  
 nec uestri illi uel opifices urbici, uel rudes atque agrestes  
 agricolæ, ociosos generosorum stipatores creduntur ual-  
 de pertimescere, nisi aut hi quibus ad uires atque au-  
 daciam corpus contigit ineptius, aut quorum animi uis  
 inopia

## LIBER PRIMVS.

39

inopia rei familiaris infringitur, adeo periculū nullum est, ne quorū ualida & robusta corpora ( neq; enim nisi selectos dignantur generosi corrumpere ) nunc uel elanguescūt ocio, uel negocijs propè muliebribus emolliuntur, iidem bonis artibus instructi ad uitam, & uirilibus exercitati laboribus effoementur. Certe utcunq; sese hæc habet res, illud mihi nequaquā uidetur publicæ rei conducere in euentū belli, quod nunquam habetis, nisi quum uultis, infinitam eius generis turbam alere, quod infestat pacem, cuius tanto maior haberi ratio, quàm belli debeat. Neque hæc tamen sola est furandi necessitas, est alia magis, quantum credo, peculiaris uobis. Quænam est ea? inquit Cardinalis. Oues inquam uestræ, quæ tam mites esse, tamq; exiguo solent ali, nunc (uti fertur) tam edaces atq; indomitæ esse cœperunt, ut homines deuorent ipsos, agros, domos, oppida uastent ac depopulentur. Nempe quibuscunq; regni partibus nascitur lana tenuior, atque ideo preciosior, ibi nobiles & generosi, atq; adeo Abbates aliquot sancti uiri, non his contenti redditibus fructibusq; annuis, qui maioribus suis solebant ex prædijs crescere, nec habentes satis, quod ociose ac laute uiuentes, nihil in publicum profint, nisi etiam obsint, aruo nihil relinquunt, omnia claudunt pascuis, demoliuntur domos, diruunt oppida, templo duntaxat stabulandis ouibus relicto, & tanq; parum soli perderent apud uos, ferarū saltus ac uiuaria, illi  
boni

402 V T O P I A E T H O M A E M O R I  
boni uiri habitationes omnes, & quicquid usq̄ est culti,  
uertunt in solitudinem. Ergo ut unus helluo inexplebi-  
lis ac dira pestis patriæ, continuatis agris, aliquot millia  
iugerum uno circūdet septo, efficiuntur coloni quidam,  
suis etiam aut circūscripti fraude, aut ui oppressi exuuntur,  
aut fatigati iniurijs, adiguntur ad uenditionē. Itaq̄  
quoquo pacto emigrant miseri, uiri, mulieres, mariti,  
uxores, orbi, uiduæ, parētes cum paruis liberis, & nume-  
rosa magis q̄ diuite familia, ut multis opus habet ma-  
nibus res rustica: emigrant inquam, è notis atq̄ assuetis  
laribus, nec inueniūt quo se recipiant, supellectilē omnē  
haud magno uendibilem, etiā si manere possit empto-  
rem, quū extrudi necesse est, minimo uenūdant, id quū  
breui errando insumpserint, quid restat aliud deniq̄,  
quā uti furentur, & pendeant iuste scilicet, aut uagētur  
atq̄ mendicent. quanq̄ tum quoq̄ uelut erroneos con-  
ficiūtur in carcerem, quod ociosi obambulent, quorum  
operam nemo est qui cōducat, quū illi cupidissime offe-  
rant. Nam rusticæ rei cui assueuerūt, nihil est quod aga-  
tur, ubi nihil feritur. Siquidem unus opilio atq̄ bubul-  
cus sufficit ei terræ depascendæ pecoribus, in cuius cul-  
tum, ut sementi faciendæ sufficeret, multæ poscebantur  
manus. Atq̄ hac ratione fit, ut multis in locis annona  
multo sit carior. Quin lanarum quoque adeo increuit  
precium, ut à tenuioribus, qui pannos inde solent apud  
uos conficere, prorsus emi non possint, atq̄ ea ratione  
plures



## LIBER PRIMVS 41

plures ab opere ablegantur in ocium. Nam post aucta pascua infinitam ouium uim absumpsit tabes, uelut eorum cupiditate ulciscente deo, immissa in oues lue, quam in ipsorum capita contortam esse fuerat iustius. Quod si maxime increseat ouium numerus, precio nihil decreuit tamen. quod earum, si monopolium appellari non potest quod non unus uendit, certe oligopolium est. Reciderunt enim ferè in manus paucorum, eorūdemque diuitum, quos nulla necessitas urget ante uendendi quam libet, nec ante libet quam liceat quanti libet. Iam cætera quoque pecorum genera, ut æque cara sint, eadem ratio est, atque hoc etiam amplius, quod dirutis uillis, atque imminuta re rustica, non sint qui fecuram curent. Neque enim diuites illi, ut ouium, sic etiam armentorum fetus educant: sed aliunde macta empta uili, posteaque suis pascuis pinguerint, magno reuendunt. Ideoque, sicuti reor, nondum sentitur totum huius rei incommodum: Nempe adhuc his modo locis reddunt cara, ubi uendunt. cæterum ubi aliquandiu celerius extulerint illinc, quam nasci possint, tum demum ibi quoque paulatim decrescente copia, ubi coëmuntur, necesse est hic insigni laboretur inopia. Ita qua re uel maxime felix hæc uestra uidebatur insula, iam ipsam paucorum improba cupiditas uertit in perniciem. Nã hæc annonæ charitas in causa est, cur quisque que possit plurimos è familia dimittat, quo quælo nisi medicatum, aut quod generosis animis persuadeas

42 V T O P I A E T H O M A E M O R I  
suadeas facilius latrocinatum? Quid quod ad miseram  
hanc egestatem, atq; inopiam adiungitur importuna  
luxuries. Nam & ministris nobilium, & opificibus, &  
ipsis propemodum rusticis, & omnibus deniq; ordini-  
bus, multum est insolentis apparatus in uestibus, nimi-  
us in uictu luxus. Iam ganea, lustra, lupanar, & aliud lu-  
panar tabernæ uinaria, ceruisiaria, postremo tot im-  
probi ludi, alea, charta, fritill<sup>9</sup>, pila, sphaera, discus, an nō  
hæc celeriter exhausta pecunia, recta suos mystas mit-  
tunt aliquò latrocinatum? Has perniciosas pestes eria-  
te, statuite, ut uillas atq; oppida rustica, aut hi restituât,  
qui diruere, aut ea cedant reposituris, atq; ædificare uo-  
lentibus. Refrenate coëmptiones istas diuitum, ac uelut  
monopolij exercendi licentiam. Pauciores alâtur ocio,  
reddatur agricolatio, lanificium instauretur, ut sit hone-  
stum negocium, quo se utiliter exerceat ociosa ista tur-  
ba, uel quos hæctenus inopia fures fecit, uel qui nunc er-  
rones, aut ociosi sunt ministri, fures nimirum utriq; fu-  
turi. Certe nisi his malis medemini, frustra iactetis exer-  
citam in uindicanda furta iustitiam, nempe speciosam  
magis, q̄ aut iustam aut utilem. Siquidem quum pess-  
ime finitis educari, & mores paulatim ab teneris annis  
corrûpi, puniendos uidelicet, tum demū quum ea flagi-  
tia uiri designent, quorum spem de se perpetuâ à pueri-  
tia usq; præbuerât, quid aliud quaeso q̄ facitis fures, &  
ijdem plectitis? Iam me hæc loquente iuris ille consul-  
tus int

LIBER PRIMVS. 43

tus interim se ad dicendum composuerat, ac statuerat secum, modo illo solenni disputantium uti, qui diligentius repetunt quàm respondent, adeo bonam partem laudis ponunt in memoria. Belle, inquit, dixisti profecto, quum sis uidelicet hospes, qui magis audire his de rebus aliquid potueris, quàm exacte quicquid cognoscere, id quod ego paucis efficiam perspicuum. Nam primum ordine recensebo quæ tu dixisti, deinde ostendam quibus in rebus imposuit tibi nostrarum rerum ignoratio, postremo rationes tuas omnes diluam atque dissoluam. Igitur ut à primo quod sum pollicitus, exordiar, quatuor mihi uisus es: Face, inquit Cardinalis, nam haud responsurus paucis uideris, qui sic incipias. Quamobrem leuabimus in præsentem te hac respondendi molestia, seruaturi tamen integrum id munus tibi in proximum congressum uestrum, quem (nisi quid impediatur, aut te, aut Raphaëlem hunc) crastinus dies uelim referat. Sed interim abs te mihi Raphaël, per quam libenter audierim, quare tu furtum putes ultimo supplicio non puniendum, quam uel aliam poenam ipse statuas, quæ magis conducatur in publicum, nam tolerandum ne tu quidem sentis. At si nunc per mortem quoque, tamen in furtum nititur, proposita semel uitæ securitate, quæ uis, quis metus posset abstergere maleficos: qui mitigatione supplicij, uelut præmio quodam ad maleficium se inuitatos interpretarentur? Omnino mihi uidetur inquam

f 2 pater

Expressit morem ei Cardinali familiarē interpellandi si quis loquacius ageret.

## 44. V T O P I A E T H O M A E M O R I

pater benignissime, homini uitā eripi propter ereptam pecuniam, prorsus iniquum esse. Siquidem cum humana uita ne omnibus quidē fortunæ possessionibus paria fieri posse arbitror. Quod si læsam iustitiam, si leges uiolatas, hac rependi pœna dicant, haud pecuniā: quid ni merito summum illud ius, summa uocetur iniuriā? Nam neq; legum probanda sunt tam Manliana imperia, ut sicubi in leuissimis parum obtēperetur, illico stringant gladium: neq; tam Stoica scita, ut omnia peccata adeo existiment paria, uti nihil iudicent interesse, occidat ne aliquis hominem, an nummum ei furripiat, inter quæ (si quicquā æquitas ualet) nihil omnino simile aut affine. Deus uetuit occidi quenq; & nos tam facile occidimus ob ademptam pecuniolam? Quod si quis interpretetur, illo dei iussu interdictam necis potestatem, nisi quatenus humana lex dedaret occidendum, quid obstat quo minus homines eodem modo constituant inter se, quatenus stuprum admittendum sit, adulterandum, peierandum? Siquidem quum deus non alienæ modo, uerumetiam suæ cuique mortis ius ademerit, si hominum inter se consensus, de mutua cede certis placitis consentientium, adeo debet ualere, ut illius præcepti uinculis eximat suos satellites, qui sine ullo exemplo dei eos interemerint, quos humana sanctio iussit occidi: an non hoc pacto præceptum illud dei tantum iuris est habiturum, quantum humana iura permiserint? ac fiet ni mirum

Manliana  
imperia ex  
Liuto.

## LIBER PRIMVS

54.

mirum, ut ad eūdem modū omnibus in rebus statuant homines, quatenus diuina mandata conueniat obseruari. Denique lex Mosaica, quanquā inclemens & aspera: nempe in seruos, & quidem obstinatos lata, tamē pecunia furtum haud morte mulctauit. Ne putemus deū in noua lege clementiā: qua pater imperat filijs maiorem indulgisse nobis inuicem sauiendi licentiam. Hæc sunt cur non licere putem. Quam uero sit absurdū, atque etiam perniciosum reipub. furem, atque homicidam ex æquo puniri, nemo est, opinor, qui nesciat. Nempe quū latro conspiciat non minus imminere discriminis duntaxat furti damnato, quā si præterea conuincatur homicidij, hac una cogitatione impellitur in cædem eius, quem aloqui fuerat tantum spoliaturus, quippe præter quod deprehenso nihil sit plus periculi, est etiam in cæde securitas maior, & maior celandi spes sublato facinoris indice. Itaque dum fures nimis atrociter studemus perterrefacere, in bonorum incitamus perniciem. Iam quod quæri solet: quæ punitio possit esse commodior: hoc meo iudicio haud paulo facilius est repertu: quā quæ possit esse deterior. Cur enim dubitemus eam uiam utilem esse castigandis sceleribus: quā scimus olim tam diu placuisse Rhomanis, administrandæ reipub. peritissimis? Nempe hi magnorum facinorū conuictos in lapidinas, atque fodienda metalla damnabant, perpetuis adseruandos uinculis. Quanquā ego quod ad hanc rem

f 3 attinet

46 V T O P I A E T H O M A E M O R I

attinet, nullius institutum gentis magis probo, quam  
 id quod interea dum peregrinabar, in Perside observa-  
 tum apud vulgo dictos Polyleritas, adnotavi, populum  
 neque exiguum, neque imprudenter institutum, & nisi quod  
 tributum quotannis Persarum pendit regi: cetera liberum  
 ac suis permissum legibus. Ceterum quoniam longe  
 ab mari, montibus fere circumdatis, & suae terrae nulla in  
 re maligne contenti fructibus, neque adeunt alios saepe,  
 neque adeuntur, tamen ex vetusto more gentis, neque si-  
 nes prorogare student, & quos habent ab omni facile  
 iniuria & montes tuentur, & pensio quam rerum potien-  
 ti persolunt, immunes prorsus ab militia, haud perinde  
 splendide, atque comode, felicesque magis quam nobiles,  
 aut clari, degunt. quippe ne nomine quidem opinor, praeter-  
 quam coterminis admodum satis noti. Ergo apud hos fur-  
 ti qui peraguntur, quod sustulere domino reddunt, non  
 quod alibi fieri solet, principum: utpote cui tantum iuris esse  
 censent in rem furtivam quantum ipsi furi. Sin res perierit,  
 precio ex bonis furum confecto ac persoluto, tum reliquo  
 uxoris eorum atque liberis integro, ipsi damnantur  
 in opera, ac nisi atrociter commissum furtum est, neque clau-  
 duntur ergastulo, neque gestant compedes, sed liberi, ac so-  
 luti in publicis occupantur operibus, detrectantes ac lan-  
 guidius gerentes sese, non tam vinculis coercent quam  
 excitant verberibus, strenuam navantes opera absunt  
 a contumelijs, noctu tantum nominatim censiti cubiculis  
 includuntur

Respubli-  
ca Polyleri-  
tarum apud  
Persas.

Annotan-  
dum nobis  
qui secus  
facimus.

LIBER PRIMVS. 47

includuntur. præter assiduam laborem nihil incõmodi  
 est in uita. Aluntur enim haud duriter qui publicæ rei  
 seruiūt, è publico. alibi aliter. Siquidẽ alicubi quod im-  
 penditur in eos ex eleemosyna colligitur, atq; ea uia tẽ-  
 tẽ incerta: tamen ut est ille populus misericors, nulla re-  
 peritur uberior. alibi reditus quidam publici ad id de-  
 stinantur. Est ubi certum in eos usus tributum uiritim  
 cõferunt. Quin aliquot in locis nullum publicum opus  
 faciunt, sed ut priuatus quisq; eget mercenarijs, ita illo-  
 rum cuiuspiam in eum diem operam, stata mercede cõ-  
 ducit apud forum, paulo minoris quàm quanti liberam  
 fuerat conducturus: præterea fas est seruilem ignauiam  
 flagris corripere. Sic fit, uti nunc tẽ opere careant: & præ-  
 ter uictum aliquid quoq; die ab singulis publico infera-  
 tur arario. Vno quodam colore uestiūtur & omnes &  
 soli, capillo non abrafo uerum paulo supra auriculas at-  
 tonso, è quarum altera paululum præscinditur. Cibum  
 cuiq; ab amicis dari, potumq; ac sui coloris uestem, li-  
 cet, pecuniam datam esse danti pariter atq; accipiẽti ca-  
 pitale, neq; minus periculosum etiã homini libero qua-  
 cunq; de causa nummum à damnato recepisse, & ser-  
 uos item (sic enim damnatos uocant) arma contingere.  
 Suos quæque regio propria distinguit nota, quam ab-  
 icisse capitale est, ut uel extra suos conspici fines, uel cũ  
 alterius regionis seruo quicq; esse collocutum. At neq;  
 tutior fugæ meditatio tẽ ipsa est fuga. Quin consciũ  
 talis fuisse

At idẽ ho-  
 die famuli  
 nobilium  
 pulchrum  
 sibi ducũt.

48

V T O P I A E T H O M A E M O R I

talis fuisse consilij in seruo nex est: in libero seruitus. Contra iudici præmia decreta sunt, libero pecunia, seruo libertas, utriq; uero uenia atq; impunitas conscientia, ne quando persequi malum consilium q̄ pœnitere sit tutius. Huius rei hæc lex atq; hic ordo est, quem dixi, qui quātum habeat humanitatis & commodi, facile patet, quādo sic irascit, ut uitia perimat seruatis hominibus, atq; ita tractatis, ut bonos esse necesse sit. & quātū ante damni dederunt, tantum reliqua uita resarciant. Porro ne ad pristinos relabantur mores, adeo nullus est metus, ut uiatores quoq; quibus iter aliquò institutum est, non alijs uiæ ducibus sese tutioreis arbitrentur, quàm seruis illis ad quamq; regionem subinde commutatis. Nempe ad perpetrandum latrocinium nihil habent uel quàm non importunum: manus inermes: pecunia tantum sceleris index: deprehenso parata uindicta, neq; spes ulla prorsus fugiendi quoquam. Quo enim pacto falleret ac tegeret fugam: homo nulla uestium parte populo similis: nisi abeat nudus? quin sic quoq; fugientem proderet auricula. At ne inuito saltem consilio coniurent in rempub. id demum scilicet periculum est, quasi in tantam uenire spem ulla possit uicinia non tentatis ac sollicitatis ante multarum regionum seruitijs, quæ tantum absunt à facultate cōspirandi, ut ne conuenire quidem, & colloqui aut salutare se mutuo liceat: ut credantur interim id consilium intrepide credituri suis: quod reticentibus pe-



LIBER PRIMVS 49  
tibus periculosum, prodeuntibus maximo esse bono sci-  
ant. Quum contra nemo sit prorsus exspes, obediendo  
ac perferendo, bonamq; de se prebendo spem, emen-  
dationis in posterum uitæ, posse his modis fieri, ut liber-  
tatem aliquando recuperet, quippe nullo non anno re-  
stitutis aliquot cõmendatione patiētia. Hæc quũ dixis-  
sem, atq; adiecissem, nihil mihi uideri causæ, quare nõ  
hic modus haberi uel in Anglia possit, multo maiore  
cum fructu, quàm illa iustitia, quam iuris ille peritus  
tantopere laudauerat. Sub hæc ille, nempe iureconful-  
tus, Nunq̃, inquit, istud sic stabiliri queat in Anglia, ut  
nõ in summum discrimen adducat remp. & simul hæc  
dicens, cõmouit caput, ac distorsit labrum, atq; ita conti-  
cuit, Et omnes qui aderant, pedibus in eius ibant sentē-  
tiam. Tum Cardinalis, non est, inquit, prodiue diuina-  
re, commode ne an secus res cessura sit, nullo prorsus fa-  
cto periculo. Verum si pronunciata mortis sentētia, dif-  
ferri executionem iubeat princeps, atq; hunc experiatur  
morem, cohibitis asyloꝝ priuilegijs, tum uero si res  
comprobetur euentu esse utilis, rectum fuerit eam stabi-  
liri, alioqui tũc quoq; afficere supplicio eos, qui sunt an-  
te damnati, neq; minus è republica fuerit, neq; magis  
iniustum, quàm si nunc idem fieret, nec ullum interea  
nasci ex ea re potest periculum. Quin mihi certe uiden-  
tur erroneos quoq; ad eundem posse modum non pessimè  
tractari, in quos hæctenus tã multis aditis legibus,  
g nihil

Festius  
dialogus  
fratris &  
morionis.

50. V T O P I A E T H O M A E M O R I  
 nihil promouimus tamen. Hæc ubi dixit Cardinalis,  
 quæ me narrante contempserant omnes, eadem nemo  
 non certatim laudibus est prosequutus, maxime tamen  
 illud de erronibus, quoniam hoc ab ipso adiectum est.  
 Nescio an quæ sunt secuta, silere præstiterit, erant em̄ ri-  
 dicula: sed narrabo, tamen: nam non erant mala, & ali-  
 quid ad hanc rem pertinebant. Adstabat forte parasi-  
 tus quidam, qui uideri uolebat imitari morionem, sed  
 ita simulabat, ut propior uero esset, tam frigidis dictis  
 captans risum, ut ipse sapius, quàm dicta sua rideretur. Ex-  
 cidēbant hominī tamen interdum quædam, adeo non  
 absurda, ut fidem adagio facerent, crebro iactu iaci ali-  
 quādo Venerem. Is ergo, dicente quodam è conuiuio:  
 Jam meo sermone bene prouisum esse furibus, atq; à  
 Cardinale etiam cautum de erronibus, restare nuncuti  
 his præterea consuleretur publicitus, quos ad egestatē  
 morbus aut senectus impulisset, atq; ad labores unde  
 uiui possit, reddidisset impotes. Sine, inquit, me. nā ego  
 & hoc recte ut fiat, uidero. Etenim hoc genus hominū  
 misere cupio aliquò è cōspectu amoliri meo, ita me ma-  
 le uexarūt sæpe, cū querulis illis opplorationibus flagi-  
 tarent pecuniam, quas nunq; tamen tam cōmode po-  
 tuerunt occinere, ut nummum à me extorquerēt. Quip-  
 pe semper alterum euenit, ut aut non libeat dare, aut ne  
 liceat quidem, quando nihil est quod detur. Itaq; nunc  
 ceperunt sapere, nam ne perdant operam, ubi me præ-  
 terire

## LIBER PRIMVS.

51

terire uident, prætermittunt taciti, ita nihil à me sperāt  
 amplius, nō hercule magis quā si essem sacerdos. Sed Prouerbiū  
uulgo ia/  
ctatū apud  
mendicos.  
 illos ego mendicos omnes lata lege distribui ac disparti  
 ri iubeo in Benedictinorum cœnobia, & fieri laicos ut  
 uocāt monachos: Mulieres moniales esse impero. Sub/  
 risit Cardinalis & approbat ioco, cæteri etiam serio. Cæ  
 terum Theologus quidam frater hoc dicto in sacerdo/  
 tes ac monachos adeo est exhilaratus, ut iā ipse quoq;  
 cœperit ludere homo alioqui prope ad toruitatem gra  
 uis. At ne sic quidem, inquit, extricaberis à mendicis, ni  
 si nobis quoq; prospexeris fratribus. Atqui, inquit pa/  
 rasitus, hoc iam curatum est. Nam Cardinalis egregie  
 prospexit uobis, quum statueret de coercendis, atque  
 opere exercendis erronibus. nam uos estis erronei ma  
 ximi. Hoc quoque dictum, quum coniectis in Cardī  
 nalem oculis, cum uiderent non abnuere, cœperunt  
 omnes non illibenter arripere, excepto fratre. Nam is Alludit ad  
illud Ho/  
ratiānū, ita  
lo p̄fus  
aceto.  
 (neque equidem miror) tali perfusus aceto, sic indigna  
 tus est, atque incanduit, ut nec à conuicijs quidem  
 potuerit temperare: hominem uocauit nebulonem,  
 detractorem, susurrionem, & filium perditionis, mi  
 nas interim terribiles citans è scriptura sacra. Iam scur/  
 ra serio scurrari cœpit. & erat planè in sua palæstra.  
 Noli, inquit, irasci bone frater, scriptum est, in pa  
 tientia uestra possidebitis animas uestras. Rur  
 sum frater (referam enim ipsius uerba) non irascor,  
 g 2 inquit

## 52 V T O P I A E T H O M A E M O R I

Vt seruat  
decorū in  
narratiōe.

Apparet  
fratrem ob  
imperitiā,  
zelus abu/  
sum neu/  
tro genere,  
sicut hoc  
scelus.

inquit furcifer, uel saltem non pecco. Nam Psalmista di-  
cit, Irascimini & nolite peccare. Admonitus deinde fra-  
ter à Cardinale suauiter, ut suos affectus compesceret.  
Non domine, inquit, ego loquor nisi ex bono zelo sicut  
debeo, Nam uiri sancti habuerunt bonum zelum, unde  
de dicitur, Zelus domus tuæ comedit me. & canitur in  
ecclesijs, Irrisores Helizei, dū conscendit domum dei, ze-  
lus calui sentiunt, sicut fortasse sentiet iste derisor, scor-  
ra, ribaldus. Facis inquit Cardinalis, bono fortassis affe-  
ctu, sed mihi uideris facturū, nescio an sanctius, certe  
sapientius, si te ita compares, ne cum homine stulto &  
ridiculo, ridiculum tibi certamen instituas. Non domi-  
ne inquit, non facerem sapientius. Nam Solomon ipse  
sapientissimus dicit: Responde stulto secundum stulti-  
tiam eius, sicut ego nunc facio, & demonstro ei foueam  
in quam cadet, nisi bene præcaueat. Nam si multi iriso-  
res Helizei, qui erat tantum unus caluus, senserunt ze-  
lus calui, quanto magis sentiet unus derisor multorum  
fratrum, in quibus sunt multi calui: & etiam habemus  
bullam Papalem, per quam omnes qui derident nos  
sunt excommunicati. Cardinalis, ubi uidit nullum fieri  
finem, nutu ablegato parasito, ac aliam in rem commo-  
dum uerso sermone, paulo post surgit è mensa, atq; au-  
diendis clientum negocijs dedit se, nosq; dimisit. En re-  
More, quàm longo te sermone oneraui, quod tam diu  
facere planè puduisset me, nisi tu & cupide flagitasses, &  
sic ui-

## LIBER PRIMVS. 53

stucidereris audire, tanquàm nolles quicquam eius con-  
fabulationis omitti, quæ quanquàm aliquanto perstri-  
ctius, narranda tamen mihi fuit omnino propter eo-  
rum iudicium, qui quæ me dicente spreuerant, eadem  
rursus euestigio non improbante Cardinale, etiam ipsi  
cōprobarunt, usq; adeo assentantes ei, ut parasiti quoq;  
et us inuentis, quæ dominus per iocum non aspernaba-  
tur, adblandirentur & serio propemodum admitterēt.  
Vt hinc possis æstimare, quanti me ac mea consilia, au-  
lici forent æstimaturi. Profecto mi Raphaël inquam,  
magna me affecisti uoluptate, ita sunt abs te dicta pru-  
denter simul & lepide omnia. præterea uisus mihi inter-  
rim sum non solum in patria uersari, uerumetiam re-  
puerascere quodammodo iucunda recordatione. Car-  
dinalis illius, in cuius aula puer sum educatus, cuius uiri  
memoriæ quod tu tam impense faues, non credas mi  
Raphaël, quāto mihi sis effectus hoc nomine charior,  
cum esses alioqui charissimus. Cæterum nō possum ad  
huc ullo pacto meam demutare sententiā, quin te pla-  
nè putem, si animū inducas tuum, uti ne ab aulis princi-  
pum abhorreas, in publicum posse te tuis consilijs pluri-  
mū boni conferre. quare nihil magis incumbit tuo, hoc  
est boni uiri officio. Si quidem cum tuus censeat Plato,  
resp. ita demum futuras esse felices, si aut regnent philo-  
sophi, aut reges philosophentur, q̄s procul aberit felici-  
tas, si philosophi regibus nec dignentur saltē suum im-  
g 3 partiri

## 54 V T O P I A E T H O M A E M O R I

partiri consiliū? Non sunt, inquit ille, tam ingrati, quin id libenter facerent, imò multi libris æditis iam fecerūt, si hī qui rerum potiuntur essent parati, bene consilia parēte. Sed bene haud dubie præuidit Plato, nisi reges philosophentur ipsi, nunq̄ futurū, ut peruersis opinionibus à pueris imbuti atq̄ infecti, penitus philosophatium cōprobent consilia: quod ipse quoq̄ experiebatur apud Dionysiu. An non me putas, si apud aliquē regū decreta sana proponerem, & pernicioſa malorum semina conarer illi euellere, protinus aut eijciendum aut habendum ludibrio? Age finge, me apud regem esse Gallorum, atq̄ in eius cōsidere cōsilio, dum in secretissimo secessu præſidente rege ipso in corona prudentissimorum hominū magnis agitur studijs, quibus artibus ac machinamētis Mediolanū retineat, ac fugitiuā illā Neapolim ad se retrahat: postea uero euertat Venetos, ac totā Italiā subiiciat sibi, deinde Flandros, Brabantos, totā postremo Burgundiā suæ faciat ditionis, atq̄ alias præterea gentes, quarū regnū iam olim animo inuasit. Hic dū alius suadet, feriendū cū Venetis fœdus tantisper duraturū, dū ipsis fuerit commodū, cū illis cōmunicandum consiliū, quin deponendam quoq̄ apud eosdē aliquā prædæ partem, quam rebus ex sententiā peractis repetat, Dū alius cōsulit cōducendos Germanos, alius pecunia demulcendos Eluetios, Alius aduersus nomen imperatoriæ maiestatis, auro, uelut anathemate, prosequendum.

Teçte Gallos dehortatē ab Italia parāda.

Eluetij condūctij.

## LIBER PRIMVS

55

tiandum, Dum alij uidetur cum Arragonum rege componendas esse res, & alieno Nauariae regno, uelut pacis authoramento cedendum: Alius interim censet Castelliae principem aliqua spe affinitatis irretiendum, atque aulicos nobiles aliquot in suam factionem certa pensione esse pertrahendos, Dum maximus omnium nodus occurrit, quid statuendum interim de Anglia sit, Ceterum de pace tractandum tamen, & constringenda firmissimis uinculis semper infirma societas, amici uocentur, suspiciantur ut inimici, Habendos igitur paratos, uelut in statione Scotos, ad omnem intentos occasionem, si quid se commoueat Angli, protinus immittendos, Ad haec fouendum exulem nobilem aliquem occulte, namque id aperte ne fiat prohibent foedera, qui id regnum sibi deberi contendat, ut ea uelut ansa contineat, suspectum sibi principem, Hic, inquam, in tanto rerum molimine, tot egregijs uiris ad bellum sua certatim consilia conferentibus, si ego homuncio surgam, ac uerti iubeam uela, omittendam Italiam censeam, & domi dicam esse manendum, unum Galliae regnum ferè maius esse, quam ut commode possit ab uno administrari, ne sibi putet rex de alijs adiciendis esse cogitandum, Tū si illis proponerem decreta Achoriorū populi, Vtopiē siū insulae ad Euronoton oppositi, qui quū olim bellum gessissent, ut regi suo aliud obtinerent regnum, quod affinitatis antiquae causa sibi contendeat haereditate deberi,

Exemplū  
annotādū.

56 V T O P I A E T H O M A E M O R I  
deberi. consequuti tandē id, ubi uiderunt nihilo sibi mi-  
nus esse molestiæ in retinendo, quàm in quærēdo pertu-  
lerunt, uerum assidua pullulare semina, uel internæ re-  
bellionis, uel externæ incursionis in deditos, ita semper  
aut pro illis, aut contra pugnandum, nunquā dari faculta-  
tem dimittendi exercitus, compilarī interim se, efferri fo-  
ras pecuniam, alienæ gloriolæ suum impendi sanguinē,  
pacem nihilo tutiorem, domi corruptos bello mores,  
imbibitam latrocinandi libidinem, confirmatam cædi-  
bus audaciam, leges esse contemptui, quod rex in duo-  
rum curā regnorum distractus, minus in utrumuis ani-  
mum posset intendere. Cum uiderent alioqui tātis ma-  
lis nullum finem fore, inīto tandem consilio, regi suo hu-  
manissime fecerunt optionem retinēdi utrius regni uel-  
let, nam utriusquē non fore potestātē, se plures esse, quàm  
qui à dimidiato possint rege gubernari, quum nemo se  
libenter admissurus mulionem sibi cum alio commu-  
nē. Ita coactus est ille bonus princeps, nouo regno cui-  
piam ex amicis relicto (qui breui etiā post eiectus est)  
antiquo esse contentus. Præterea si ostenderem omnes  
hos conatus bellorum, quibus tot nationes eius causa  
tumultuarentur, quum thesauros eius exhausissent, ac  
destruxissent populum, aliqua tandem fortuna frustra  
cessuros tamen, proinde auitum regnū coleret, ornaret  
quantū posset, & faceret quàm florētissimū. Amet suos  
& ametur à suis, cum his unā uiuat, imperetēq; suauiter  
atq;



## LIBER PRIMVS.

57

atq; alia regna ualere sinat, quando id quod nūc ei con-  
tigisset, satis amplum superq; esset. Hanc orationē qui-  
bus auribus mi More, putas excipiendam? Profecto  
nō ualde pronis, inquam. Pergamus ergo inquit, si con-  
siliarijs cum rege quopiam tractantibus, & cōminiscen-  
bus, quibus technis ei queāt coaceruare thesauros, dum  
unus intendendam consulit aestimationem monetæ,  
quum ipsi sit eroganda pecunia, deſiciendam rursus in-  
fra iustum, quum fuerit corroganda, uti & multum æris  
paruo dissoluat, & pro paruo multum recipiat: Dum  
alius suadet ut bellum simulet, atq; eo prætextu, coacta  
pecunia, cum uisum erit, faciat pacē sanctis ceremonijs,  
quo plebeculæ oculis fiat præstigiū, miseratus uideli-  
ter humanum sanguinem princeps pius: Dum alius ei  
suggerit in mentē, antiquas quasdam, & tunc adefas le-  
ges, longa defuetudine antiquatas, quas quod nemo la-  
tas meminisset, omnes sint trāsgressi, earū ergo mulctas  
iubeat exigi, nullum uberiores prouentū esse, nullum  
magis honorificum, utpote qui iustitiæ præ se personā  
ferat: Dum ab alio admonetur, uti sub magnis mulctis  
multa prohibeat, maxime talia, quæ ne fiant, in rem sit  
populi, post pecunia cum illis dispenset, quorum com-  
modis obstat interdictum, sic & à populo gratiam iniri,  
& duplex adferri compendiū, uel dum hi mulctantur,  
quos quæstus cupiditas pellexit in casses, uel dum alijs  
uendit priuilegia tanto pluris, quanto scilicet fuerit me-

h lior

58 V T O P I A E T H O M A E M O R I

lior princeps, utpote qui grauatim quicquid contra populi  
commodum priuato cuius indulgeat, & ob id non nisi ma-  
gno precio. Dum alius ei persuadet obstringendos sibi  
iudices, qui quauis in re pro regio iure disceptent, accer-  
sendos praeterea in palatium, atque inuitandos uti coram  
se de suis rebus differant, ita nullam causam eius tam aperte  
iniquam fore, in qua non aliquis eorum uel contradicen-  
di studio, uel pudore dicendi eadem, uel quo gratiam  
ineant, apud eum aliquam reperiant rimam, qua possit  
intendi calumnia. Sic dum iudicibus diuersa sententi-  
bus, res per se clarissima disputat, & ueritas in quaestio-  
nem uenit, ansam commodum regi dari, pro suo comodo  
ius interpretandi, ceteros aut pudore accessuros, aut me-  
tu, sic intrepide fertur postea per tribunali sententia. Neque  
enim deesse praetextus potest pronuncianti pro principe  
Nempe cui satis est aut aequitatem a sua parte esse, aut  
uerba legis, aut contortum scripti sensum, aut quae legi-  
bus denique omnibus praeponderat, apud religiosos iu-  
dices principis indisputabilem praerogatiuam. Dum  
omnes in Crassiano illo consentiunt atque conspirant, Nul-  
lam auri uim satis esse principi, cui sit alendus exercitus,  
praeterea nihil iniuste regem facere, ut maxime etiam ue-  
lit posse. Quippe omnia omnium eius esse, ut homines  
etiam ipsos, tantum uero cuique esse proprium, quantum re-  
gis benignitas ei non ademerit, quod ipsum ut quam ma-  
ximum sit, principis multum referre, ut cuius tutamen-

Crassi diui-  
us dictum

tum

## LIBER PRIMVS.

59

tum in eo situm sit, ne populus diuitijs ac libertate lasciuiat, quod hæc res minus patienter ferant dura atq; iniusta imperia, quum contra egestas atq; inopia retundat animos, ac patientes reddat, adimatq; pressis generosos rebellandi spiritus. Hic si ego rursus adsurgens contendam, hæc cõsilia omnia regi & inhonesta esse, & perniciosa, Cuius non honor modo, sed securitas quoq; in populi magis opibus sita sit q̃ suis, quos si ostendam, regem sibi deligere sua causa, nõ regis, uidelicet uti eius labore ac studio ipsi cõmode uiuant, tutiõq; ab iniurijs, eoq; magis ad principẽ eam pertinere curam, ut populo bene sit suo, quàm ut sibi, non aliter ac pastoris officium est, oues potius quàm semet pascere, quatenus opilio est. Nam quod populi egestatẽ censeant pacis præsidium esse, longissime aberrare eos, ipsa res docet. Nempe ubi plus rixarum cõperias, quàm inter mendicos? Quis intentius mutationi rerũ studet, quàm cui minime placet præsens uitæ status? Aut cui deniq; audacior impetus ad cõturbanda omnia, spe alicunde lucrandi, quàm cui iam nihil est quod possit perdere? Quod si rex aliquis adeo aut cõtemptus esset, aut inuisus suis, ut aliter eos continere in officio non possit, nisi contumelijs, compilatione, & sectione grassetur, eosq; redigat ad mendicitatem, præstiterit illi profecto regno abdicare, quàm his retinere artibus, quibus quanquam imperij nomen retineat, certe amittit maiestatem. Neque enim regis dignitatis

## 60 V T O P I A E T H O M A E M O R I

dignitatis est, imperiū in mendicos exercere, sed in opulentos potius, atq; felices. Quod ipm sensit certe uir erecti ac sublimis animi Fabricius, cū responderet, malle se imperare diuitibus, q̄ diuitem esse. Et profecto unū aliq̄ quē uoluptate ac delicijs fluere, gementibus undiq; ac lamentantibus alijs, hoc non est regni, sed carceris esse custodem. Deniq; ut imperitissimus medicus est, qui morbum nescit nisi morbo curare, ita qui uitam ciuiū nō nouit alia uia corrigere, q̄ ademptis uitæ commodis, is se nescire fateatur imperare liberis. quin aut inertia potius mutet suam, aut superbia. nam his ferè uitijs accidit, ut populus eū uel cōtemnat, uel habeat odio. Viuat innocuus de suo, sumptus ad reditus accommodet, refrenet maleficia, & recta institutione suorum praeueniat potius, q̄ sinat incrementum, quæ deinde puniat. leges abrogatas consuetudine haud temere reuocet, praesertim quæ diu delicta, nuncq; desiderata sunt. neq; unq; commissi nominis eiusmodi quicq; capiat, quale priuatū quempiā iudex uelut iniquū ac uasrum nō pateretur accipere. Hic si proponerē illis Macarensiū legem, qui & ipsi nō longe a modū absunt ab Utopia, quorū rex, quo primū die aspiciatur imperiū, magnis adhibitis sacrificijs iurjurando astringitur, nuncq; se uno tempore supra mille aut pondō in thesauris habiturū, aut argenti, quantū eius auri preciū aequet. Hanc legē ferunt ab optimo quodam rege institutā, cui maiori curæ fuit patriæ cōmodum, q̄

Mira lex  
Macarensiū

diuitia

## LIBER PRIMVS.

61

diuitiæ suæ, uelut obicē aceruandæ pecuniæ tantæ, quan-  
 ta faceret inopiã eius in populo. Nempe eum thesaurũ  
 uidebat suffecturum, siue regi aduersus rebelleis, siue re-  
 gno aduersus hostium incursiones esset configendum,  
 Cæterum minorem esse, q̄ ut animos faciat inuadendi  
 aliena. quæ potissima condendæ legis causa fuit. Proxi-  
 ma, quod sic prospectum putauit, ne desit pecunia, quæ  
 in quotidiana ciuium cõmutatione uerfetur, & quũ regi  
 nõcesse est erogare, quicquid thesauro supra legitimum  
 accreuit modum, non quæsiturũ censuit occasiones iniu-  
 riæ. Talis rex & malis erit formidini, & à bonis amabit.  
 Hæc ergo atq; huiusmodi si ingererẽ apud homines, in  
 contrariã partem uehemẽter inclinatos, q̄ surdis essem Prouerbiũ  
 narraturus fabulam? Surdissimis inquam, haud dubie,  
 neq; hercule miror, neq; mihi uidentur (ut uere dicã) hu-  
 iusmodi sermones ingerẽdi, aut talia danda cõsilia, quæ  
 certus sis nõ q̄ admissum iri. Quid em̄ prodesse possit,  
 aut quomodo in illorum pectus influere sermo tam in-  
 solens, quorum præoccupauit animos, atq; insedit peni-  
 tus diuersa psuasio? Apud amicos in familiari collo-  
 quio nõ insuauis est hæc philosophia scholastica. Cæte  
 rum in consilijs principũ, ubi res magnæ, magna autori  
 tate aguntur, nõ est his rebus locus. Hoc est, inquit ille,  
 quod dicebã, nõ esse apud principes locũ philosophiæ.  
 Inõ in quã est uerũ, non huic scholasticæ, quæ quiduis  
 putet ubiuis conuenire, sed est alia philosophia ciuilior,  
 h 3 quæ

Philoso-  
phia scho-  
lastica.

## 67 V T O P I A E T H O M A E M O R I

δμουσις  
mira.

κωφὸν  
ἡρώσων

quæ suâ nouit scenâ, eicq; sese accōmodans, in ea fabula  
quæ in manibus est, suas partes cōcīne & cum decoto  
tutatur. Hac utendū est tibi. Alioquin dum agitur quæ  
piam Plauti comœdia, nugātibus inter se uernulis, si tu  
in prosceniū prodeas habitu philosophico, & recenseas  
ex Octauia locū, in quo Seneca disputat cum Nerone,  
nōne præstiterit egisse mutam personam, quàm aliena  
recitādo talem fecisse tragicomœdiam? Corrueris em̄  
peruerterisq; præsentem fabulam, dum diuersa permi-  
sces, etiam si ea quæ tu affers, meliora fuerint. Quæcūq;  
fabula in manu est, eam age q̄ potes optime, neq; ideo  
totam perturbes, quod tibi in mentē uenit alterius, quæ  
sit lepidior. Sic est in Rep. sic in consultationibus princi-  
pū. Si radicitus euelli non possint opiniones prauæ,  
nec receptis usu uitij mederi queas ex animi tui senten-  
tia, non ideo tamen deferenda Resp. est, & in tempesta-  
te nauis destituenda est, quoniam uentos inhibere non  
possis. At neq; insuetus & insolens sermo inculcandus,  
quem scias apud diuersa persuasos pondus non habitu-  
rum, sed obliquo ductu conandum est, atq; adnitendū  
tibi, uti pro tua uirili omnia tractes cōmode, & quod in  
bonū nequis uertere, efficias saltem, ut sit q̄ minime ma-  
lum. Nā ut omnia bene sint, fieri nō potest, nisi omnes  
boni sint, quod ad aliquod abhinc annos adhuc nō ex-  
pecto. Hac, inquit, arte nihil fieret aliud, quàm ne dum  
aliorū furori mederi studeo, ipse cum illis insanīā. Nam  
si uera

LIBER PRIMVS. 63

si uera loqui uolo, talia loquar necesse est. Ceterū falsa loqui, sic ne philosophi nescio, certe nō est meū. Quā-  
 tū ille meus sermo ut fuerit fortasse ingratus illis, atque  
 molestus, ita non uideo cur uideri debeat usque ad ine-  
 ptias insolens. Quod si aut ea dicerem, quæ fingit Plato  
 in sua Rep. aut ea quæ faciunt Vtopienses in sua, hæc <sup>Vtopiēsiū</sup>  
 quāntū essent (ut certe sunt) meliora, tamē aliena uideri <sup>instituta.</sup>  
 possint, quod hic singulorū priuatæ sunt possessiones,  
 illic omnia sunt cōmunia. Meus uero sermo nisi quod  
 ad eos qui statuissent secū, ruere diuersa uia præcipites,  
 iucundus esse nō potest, qui reuocet ac præmonstret pe-  
 ricula, alioqui quid habuit, quod nō ubiuis dici uel con-  
 ueniat, uel oporteat? Equidē si omittenda sunt omnia  
 tanquam insolentia atq; absurda, quæcūq; peruersi mo-  
 res hominum fecerunt, ut uideri possint aliena, dissimu-  
 lemus oportet apud Christianos pleraq; omnia, quæ  
 CHRISTVS docuit, ac dissimulari usque adeo uetuit, ut  
 ea quoq; quæ ipse in aures infusurasset suis, palām in-  
 tectis iusserit prædicari. Quorū maxima pars ab istis  
 moribus longe est alienior, quā mea fuit oratio. Nisi  
 quod concionatores homines callidi, tuum illud consi-  
 lium secuti putō, quādo mores suos homines ad CHRI-  
 STI normam grauatim paterentur aptari, doctrinām  
 eius uelut regulam plumbeam accommodauerunt ad  
 mores, ut aliquo saltem pacto coniungerentur scilicet.  
 qua re nihil uideo quid profecerint, nisi ut securius liceat  
 esse

64 V T O P I A E T H O M A E M O R I  
esse malos, atq; ipse profecto tantundē proficiam in cō  
silijs principum. Nam aut diuersa sentiā, quod perinde  
fuerit, ac si nihil sentiā. aut eadem, & ipsorū adiutor sim,  
ut inquit Mitio Terentianus, insaniā. Nā obliquus ille  
ductus tuus nō uideo quid sibi uelit, quo censes adniten  
dum, si nō possint omnia reddi bona, tamē ut tracten  
tur cōmode, fiantq; quoad licet, q̄; minime mala. Quip  
pe non est ibi dissimulandi locus, nec licet cōnuere, ap  
probanda sunt aperte pessima consilia, & decretis pesti  
lentissimis subscribendū est. Speculatoris uice fuerit, ac  
penē proditoris, etiā qui improbe consulta, maligne lau  
dauerit. Porro nihil occurrit, in quo prodesse quicquam  
possis, in eos delatus collegas, qui uel optimū uirum fa  
cilius corruerint, q̄; ipsi corrigātur, quorū peruersa con  
suetudine uel deprauaberis, uel ipse integer atq; inno  
rens, alienae maliciae stulticiae q; pratexeris, tantū abest  
ut aliquid possit in melius obliquo illo ductu conuerte  
re. Quā ob rem pulcherrima similitudine declarat Pla  
to, cur merito sapientes abstineant à capeſſenda Rep.  
Quippe quū populum uideant in plateas effusum al  
dus imbribus perfundi, nec persuadere queāt illis, ut se  
subducāt pluuiā, tectāq; subeāt, gnari nihil profuturos  
seſe, si exeant, q̄; ut unā cōpluantur, semet intra tecta cō  
tinent, habētes satis, quādo alienae stulticiae nō possunt  
mederi, si ipsi saltē sint in tuto. Quāq; profecto mi Mo  
re (ut ea uere dicā, quae meus animus fert) mihi uidetur  
ubicunq;



LIBER PRIMVS. 65  
ubicunq; priuata sunt possessiones, ubi omnes omnia  
pecunijs metiuntur, ibi uix unquam posse fieri, ut cum  
Repub. aut iuste agatur, aut prospere, nisi uel ibi sentias  
agi iuste, ubi optima quæq; perueniunt ad pessimos,  
uel ibi feliciter, ubi omnia diuiduntur in paucissimos, nec  
illos habitos undecunq; commode, cæteris uero planè  
miseris. Quam ob rem quum apud animum meum re-  
puto prudentissima atq; sanctissima instituta Vtopien-  
sium, apud quos tam paucis legibus, tam commode res  
administrantur, ut & uirtuti precium sit, & tamè aqua-  
tis rebus omnia abundet omnibus. tum ubi his eorum  
moribus ex aduerso comparo tot nationes, alias sem-  
per ordinantes, nec ullam satis ordinatam unquam ea-  
rum omniũ, in quibus quod quisq; nactus fuerit, suum  
uocat priuatum, quorum tam multæ indies conditæ le-  
ges non sufficiunt, uel ut consequatur quisquam, uel ut  
tueat, uel ut satis internoscatur ab alieno, illud quod suũ  
inuicem quisq; priuatum nominat, id quod facile indi-  
cant infinita illa tam assidue nascentia, quàm nunq; fi-  
nienda litigia, hæc inquam, dum apud me consydero,  
æquior Platoni fio, minusq; demiror, dedignatum illis  
leges ferre ullas, qui recusabāt eas, quibus ex æquo omnes  
omnia partirentur commoda. Siquidem facile præui-  
dit homo prudentissimus, unam atq; unicam illam esse  
uiam ad salutem publicam, si rerum indicatur æquali-  
tas, quæ nescio an unquã possit obseruari, ubi sua sunt  
i singu-


UTOPIAE THOMAE MORI  
singulorū propria. Nam quū certis titulis quisq; quan-  
tum potest ad se cōuertit, quantacunq; fuerit rerum co-  
pia, eam omnē pauci inter se partiti, reliquis relinquunt  
inopiam, ferēq; accidit ut alteri sint alterorum forte di-  
gnissimi, quū illi sint rapaces, improbi, atq; inutiles, con-  
tra ij modesti uiri, ac simplices, & quotidiana industria  
in publicū quàm in semet benigniores. Adeo mihi cer-  
te persuadeo, res æquabili ac iusta aliqua ratione distri-  
bui, aut feliciter agi cum rebus mortalium, nisi sublata  
prorsus pprietate, nō posse. Sed manente illa, mansurā  
semper apud multo maximā multoq; optimam homi-  
num partem, egestatis & erumnarū anxiam atq; inen-  
tabilem sarcinam. Quam ut fateor leuari aliquantulum  
posse, sic tolli planē contendo non posse. Nempe si sta-  
tuatur ne quis supra certum agri modum possideat, &  
uti sit legitimus cuiq; cēsus pecuniæ, si fuerit legibus qui-  
busdam cautum, ut neq; sit princeps nimiū potēs, neq;  
populus nimis insolens, Tum magistratus ne ambian-  
tur, neu dentur uenū, aut sumptus in illis fieri sit necesse,  
alioquin & occasio datur per fraudē ac rapinas sarcien-  
dæ pecuniæ, & sit necessitas eis muneribus præficiendi  
diuites, quæ potius fuerant administranda prudenti-  
bus. talibus inquam legibus, quemadmodum ægra assi-  
duis solent fomentis fulciri corpora deploratæ ualetudi-  
nis, ita hæc quoq; mala leniri queant, ac mitigari, ut sa-  
nentur uero, atq; in bonū redeant habitum, nulla omni-  
no spe

## LIBER PRIMVS.

67

nō spes est, dum sua cuiq; sunt ppria. Quin dum unius  
partis curæ studes, aliarū uulnus exasperaueris, ita mu-  
tuo nascitur ex alterius medela alterius morbus, quādo  
nihil sic adijci cuiquā potest, ut non idem adimatur aliq.  
At mihi, inquam, contra uidetur, ibi nunq; cōmode ui-  
ui posse, ubi omnia sint cōmunia. Nam quo pacto sup-  
petat copia rerum, unoquoq; ab labore subducente se-  
utpote quem neq; sui quæstus urget ratio, & alienæ in-  
dustriæ fiducia reddit segnem. At quum & stimulentur  
inopia, neq; quod quisq; fuerit nactus, id pro suo tueri  
ulla possit lege, an nō necesse est perpetua cæde ac sedi-  
tione laboretur? Sublata præsertim autoritate ac reue-  
rentia magistratuum, cui quis esse locus possit, apud ho-  
mines taleis, quos inter nullum discrimen est, ne com-  
minisci quidem queo. Non miror inquit, sic uideri tibi,  
quippe cui eius imago rei aut nulla succurrit, aut falsa.  
Verum si in Vtopia fuisses mecum, moresque eorum  
atq; instituta uidisses præsens, ut ego feci, qui plus an-  
nis quinq; ibi uixi, neq; unquam uoluissim inde disce-  
dere, nisi ut nouum illum orbem proderem, tum planè  
faterere, populum recte institutum nusquam alibi te ui-  
disse quàm illic. Atqui profecto inquit Petrus Aegi-  
dius, agre persuadeas mihi, melius institutum popu-  
lum in nouo illo, quàm in hoc noto nobis orbe reperiri,  
ut in quo neq; deteriora ingenia, & uetustiores opinor  
esse, quàm in illo Resp. & in quibus plurima ad uitam  
i 2 cōmoda

68 V T O P I A E T H O M A E M O R I  
commoda longus inuenit usus, ut ne adiciam apud nos  
casu reperta quaedam, quibus excogitandis nullum po-  
tuisset ingenium sufficere. Quod ad uetustatem, inquit  
ille, rerum attinet publicarum, tum pronunciare posset  
rectius, si historias illius orbis perlegisset, quibus si fides  
haberi debet, prius apud eos erant urbes, quam homi-  
nes apud nos. iam uero quicquid haecenus uel ingenium  
inuenit, uel casus reperit, hoc utrobique potuit extitisse.  
Ceterum ego certe puto, ut illis praestemus ingenio, stu-  
dio tamen atque industria longe a tergo relinquimus.  
Nam (ut ipsorum habent annales) ante appulsum illuc  
nostrum, de rebus nostris (quos illi uocant Ultraequi-  
noctiales) nihil unquam quicquam audierant, nisi quod  
olim annis ab hinc ducentis supra mille, nauis quaedam  
apud insulam Utopiam naufragio periit, quam tempe-  
stas eò detulerat. Eiecti sunt in litus Rhomani quidam  
atque Aegyptij, qui postea nunquam inde discessere. Hanc  
unam occasionem uide quam commodam illis sua fo-  
cit industria. Nihil artis erat intra Rhomanum impe-  
rium, unde possit aliquis esse usus, quod non illi aut ab  
expositis hospitibus didicerint, aut acceptis quarenda-  
feminibus adinuenerint, tanto bono fuit illis aliquando  
hinc semel illuc esse delatos. At si qua similis fortuna  
quempiam antehac illinc huc perpulerit, tam penitus haec  
oblitteratum est, quam istud quoque forsitan excidet post-  
eris, me aliquando illic fuisse. Et ut illi uno statim con-  
gressu



Turpinājums sējumā [X-UTOP2](#).

VEcordia ir Valda Egles elektroniska literāra dienasgrāmata, kurā viņš ir citējis arī daudzus citu autoru tekstus. Vekordija dibināta 2006.gada 30.jūlijā un sākotnēji sastāvēja no lineāri numurētiem sējumiem, katrs apmēram 250 lappušu apjomā A4 formātā, taču vēlāk par galveno izdevuma eksistences formu kļuva «izvilkumi». Vekordijas izvilkums ir fails, kurā atkārtots viena vai vairāku Vekordijas iecirkņu teksts bez lineāras numerācijas un bez iepriekš uzdota apjoma. Izvilkums parasti reproducē kādu Valda Egles vai cita autora grāmatu vai brošūru. Izvilkuma faila nosaukumā pirmais burts «L» nozīmē, ka grāmatas pamatteksts ir dots latviski, burts «E», ka angļiski, burts «R», ka krieviski, un burts «M», ka jaukts. Burts «S» nozīmē, ka fails ir sagatave, kura vēl tiks stipri modificēta, bet burts «X» apzīmē faksimilus. Dienasgrāmatas VEcordia oriģinālos un izvilkumu failus Jums **ir tiesības** kopēt, pārsūtīt pa e-pastu, ievietot WWW serveros, izdrukāt un nodot citām personām bez maksas informatīvos, estētiskos vai diskusiju nolūkos. Bet, pamatojoties uz LR un starptautiskajām autortiesībām, **ir aizliegta** šī faila jebkura veida komerciāla izmantošana bez Dienasgrāmatas autora rakstiskas atļaujas, un **ir aizliegts** šos failus jebkurā veidā modificēt. Ja attiecībā uz šeit doto tekstu bez Dienasgrāmatas autora tiesībām darbojas vēl citas autortiesības, Jums jārespektē arī tās.

Šī sējuma izdošanas brīdī (kurš titullapā apzīmēts ar vārdu «Versija:») Vekordijas galvenās pārstāvniecības Internetā bija vietnes: <http://vekordija.blogspot.com/> – latviešu grāmatām; <http://vecordija.blogspot.com/> – krievu grāmatām.

## Satura rādītājs

VEcordia .....	1
Izvilkums X-UTOP1 .....	1
Tomass Mors.....	1
UTOPIJA .....	1
Thomae Mori «UTOPIA». Liber I.....	2
Erasmus Roterodamus Ioanni Frobenio compatri svo charissimo S.D.....	2
Gvilielmus Budaeus Thomae Lupseto Anglo S. ....	3
Hexastichon Anemolii poetae lavreati, Hythlodaei ex Sorore nepotis in Utopiam insulam .....	11
Utopiensium alphabetum .....	13
Clarissimo D. Hieronymo Buslidio praeposito ariensi, catholici regis caroli a consilitis, Petrus Aegidius Antverpensis S.D. ....	14
Thomas Morus Petro Aegidio S.D.....	17
Semonisquem Raphael Hythlodaeus vir eximius, de optimo reipublicae statu habuit, liber primus, per illustrem viru Thomam Morum indytae Britanniaru urbis Londini et civem et vicecomitem .....	25
Satura rādītājs.....	70